لامية العجم

Lamiato'l Ajam,

CARMEN TOGRAI,

Poetæ ARABIS Doctissimi;

Unà

Cum *versione Latina,* & *notis* praxin illius exhibentibus:

Operâ

EDVARDI POCOCKII,

LL. HEBR. & ARAB. Profess.

Accessit TRACTATUS de

Prosodia Arabica.

OXONII,
Apud RIC: DAVIS Bibliopolam;
Excudit HEN: HALL Typis Arabicis Acad.
Anno Domini 1661.

Lectori Studioso & Benevolo
Samuel Clericus S. D.

CUM id mihi, (Benigne Lector) demandatæ ab Academia provinciæ ratione, muneris incumbat, ut rei Typographicæ promovendæ omnes nervos intendam; quò Alma illa Mater (numerosa virorum doctissimorum sobole per plurima jam secula felix, nec dum effœta) habeat unde exteris etiam hanc suam felicitatem, quàmque ardentibus studiis meliores disciplinæ apud nos celebrantur, testatum faciat: ne officio meo hac in parte deesse viderer, ubi maximo cum fructu operam meam collocarem dispicienti, inter alia Arabum non tam literæ quàm omnigena literatura sese ultro obtulerunt. Placuit nobilissimæ necnon utilissimæ huic, sed ubique ferè spretæ, ac, proh dolor! jacenti scientiæ parti manus porrigere. Animos hac in re fecerunt Reverendi viri Edvardi Pocockii, *hujus apud nos linguæ, ut & matris Ebrææ, Professoris eruditissimi, tam in me candor & benevolentia, tam in ea, quam nactus est, Sparta exornanda industria & studium indefessum: his effectum est, ut nec in quam laborem meum impendam, materia desit, nec viri Celeberrimi ductum me secutum esse unquam pœniteat. Hujus opera, Almæ Academiæ auspiciis, brevi proditura est* Gregorii Abul-Pharagii *Historia Dynastiarum*, hominis, (*teste* Abrahamo Ecchellensi, *à quo tamen* Bar-hebræus, *nescio quâ ratione, vocatur*) suâ ætate doctissimi atque eruditissimi; in qua non

solùm diligenter disertéque Principum gesta describit, & rerum varios eventus & successus ab orbe condito usque ad sua tempora enarrat; sed, quod caput est, peculiari quâdam sectione recenset, quinam sub singulis Principibus floruerint viri in scientiis illustres, quænam, & quâ linguâ ediderint opera, eorúmque apophthegmata, & præclariora facta inserit. *Hæc ille: quibus ne plura addam me abstineo, quò viro Clarissimo argumentum hoc integrum relinquam. Accipe interim (Amice Lector)* Tograï *hoc, Poetæ Arabis doctissimi, Carmen, ab eodem Pocockio versione Latinâ & notis, non vulgari eruditione refertis, illustratum; quorum ope, nisi mea me fallat opinio, Arabismi studiosis via compendiosa sternitur, & facilis aditus in Authores difficiliores, atque adeò in ipsius linguæ penetralia aperitur. Non est quòd multis utilitatem hujus operis hîc prædicem, quod vel ipsius Authoris nomine eruditis quamplurimis gratum fore nullus dubito; præsertim cùm nemo ferè hactenus nostrûm in hoc genere quicquam præstiterit, nedum hunc Poëtam enarrandum susceperit: sciant tamen Studiosi, inter perquam multa quæ prosint, nonnulla etiam quæ delectent hîc illîc interspersa non deesse. Limini præfixa est Oratio luculenta, in quâ de linguæ Arabicæ ortu, progressu, perspicuitate, elegantiâ, copia, usu denique multiplici, non minus doctè ac ornatè quàm copiosè disseritur. Meum nihil aliud fuit, nisi ut operas urgerem, & ut omnia quantum fieri potuit emendata prodirent curarem: quo si à doctis & bonis, quibus hæc grata fore spero, gratiam aliquam inivisse me comperero, erit cur nec laboris suscepti pigeat, nec ab aliis suscipiendis facilè absterreri me patiar. Vale.*



ORATIO
in Auditorio *Arabico* habita, cùm Prælectiones hasce in Poema TOGRAÏ auspicaretur Author.

QUod omnium ferè gentium linguarúmque originibus commune est, ut fabulis & dubiæ fidei narrationibus vitientur; id *Arabicæ* nostræ nè non contingat, erunt qui eam *Adamo* protoplasto coævam (ne antiquiorem dicam) contendant: qui eam Paradiso vernaculam, in *Syriacam* Primi Parentis lapsu mutatam, resipiscentiâ restitutam; è Paradiso deinde egressam labente tempore rursus in *Syriacam* ei affinem degenerâsse, à *Jorhamo* tamen, nescio quo, etiam in arca *Noe* retentam, & ad posteros propagatam asserant. Verùm istiusmodi Commentis immorari (vereor ne & ea recensuisse) nugari videatur. Illud in cujus veritatem omnes ferè conspirant *Arabum* Docti, hoc est; primum qui post confusionem *Babylonicam* Dialecti *Arabicæ* fundamenta posuerit fuisse يعرب بن قحطان *Tarabum Kahtani filium*, qui ابو اليمن *omnium Yaman*, seu *Arabiam felicem incolentium parens* perhibetur: inde (ut nonnullis videtur) nomen sortitus لانه اول من عدل لسانه عن السريانية الي العربية *Quòd primus fuerit, cujus lingua à Syriaca in Arabicam deflexit*; Syriacæ enim (ut obiter moneam) primas libenter deferunt Orientales plerique. Is

est

eſt Geneſ. 10. 26. *Jarah Joctani filius.* Hujus & *Jorhami* fratris (qui vicina illi regna occupaverat, & *Jorhamus* ſecundus appellatur) poſteri العاربة العرب *Arabes genuini* dicti: illis lingua iſta communis fuiſſe videtur, ſi firmis tibicinibus nitatur eorum conjectura, qui per لسان عربي مبين in Alcorano, *Linguam Arabicam perſpicuam,* لسان جرهم *linguam Jorhamidarum*, ſeu *Dialectum illam quâ uſi ſunt Jorhamidæ*, intelligi volunt. In unum cum hac Jorhamidarum tribu corpus, nuptiarum interceſſu, coaluiſſe *Iſmaelem* unanimi conſenſu tradunt Hiſtorici, indè ſibi poſteriſque ſuis العرب المستعربة *Arabum adſcititiorum* nomen ſortitum. لان اصل اسمعيل ولسانه اصلا ولسانا كان عبرانيا *Fuerat enim Iſmael* عبرانـي *ortu & linguâ Hebræus.* Quod igitur contendunt nonnulli *Iſmaelem* linguæ Arabicæ patrem fuiſſe & authorem, non aliter intelligi poteſt quàm de linguâ Arabicâ الفصحة *purâ & defæcatâ*, ſeu عربية القريش *Dialecto Coraiſhi*, quâ ſcriptus eſt Alcoranus. Nam ut illum linguam Arabicam, quam jam didicerat, ad Hebraicæ primigeniæ normam, à quâ longiùs forſan deflexerat, correxiſſe & limâſſe à veri ſpecie non abhorret; ita ante illum natum, ut Arabes, ſic & Arabiſmum fuiſſe certum eſt. Atque hoc eſt forſan quod à *Mohammede* dictum fertur, non vulgarem ipſius eloquentiam mirantibus, ſe à *Gabriele* linguam *Iſmaelis*,

quæ

quæ in desuetudinem penè jam abierat, edoctum.

A sermone ad scripturam, à lingua ad calamum ut transeamus, postulat arcta quæ inter ea est necessitudo: cùm sit, ut loquitur magnus ille Philosophus & Theologus *Algazali*, القول كتابة القلم & لطيفة والكتابة قول كثيف للكتاب كاللسان للخطاب *Sermo quasi scriptura quadam tenuioris ductûs, scriptura verò crassioris texturæ sermo; calamo in linguæ officium subeunte, oculísque aurium vices supplentibus.* Quod si tollatur ex hominum consortio scribendi usus, لا تقررت الايادي ولا استحكمت النفوس Quid aliud essent verba quàm inanes quidam soni, qui vix permanentiora in animis hominum quàm in colliso aere vestigia relinquerent? Evanesceret inter efferentis labia & accipientis aures quicquid conciperent animi diviniores, & ad paucos propagatæ disciplinæ longè infra illud quod perfectum est subsiderent. Quare dignus ille certè, si quis alius, cujus memoriæ consulatur, qui scientiarum propagationi tam prudenter consuluit; dum linguæ vicarium calamum substituit, scripturâmque orationi, كالاجسان للارواح وكالاصداف للدرر *ut corpora spiritibus, & pretiosis unionibus testas* subdidit. Sed vereor ut satis gratas se exhibuerint hac in parte literæ erga illum, qui illis vitam & durationem tam felici invento dedit. Nec ulli interim veritati magis tenebras offundunt, quàm qui majorem ei venerationem conciliare student.

Hoc in numero censendi videntur illi, qui ut linguæ hujus, ita & elementorum quibus exaratur, scripturæque originem, quo augustiorem faciant, ad τ̃ πρωτόπλαςον referunt; quem trecentis ante migrationem ex hâc vitâ annis characteres, ut omnigenos, ita & Arabicos, lateribus coctis insculptos ab injuria temporis & aquarum vindicandos curâsse aiunt: indè *Ismaelem* sibi suisque Arabicos descripsisse. Alii *Ismaelem* primum eorum authorem statuunt, ita tamen ut scribendi ratio ab ipso tradita valdè confusa & implexa esset, nulla inter verba aut literas interstitio, quod postea ab *Homaisa* & *Kedar* ipsius filiis adhibitum. Arabes cùm memoriæ juvandæ causâ Alphabetum per vocabula quædam ficta (idque juxta Alphabeti Hebraici ordinem, unde de origine conjectari liceat) distribuunt, sc. *Abjad, Howaz, Hotai, Colman, Saaphas, Karshat:* indè ansam arripuerunt, etiam non obscuri nominis scriptores, tot reges (vel ut alii populos) istis nominibus insignitos fingendi; quorum unusquisque eorum characterum, quibus nomen suum scriberet, Author esset. Meliùs Poeta apud *Jauharium* illos آل مرامر seu *progeniem Morameri* vocat, quem, in nobilis inventi memoriam, nomina ista filiis suis imposuisse verisimile est. Nè igitur incerta sectemur, الصحيح عند اهل العلم (inquit Præstantissimus Historicus *Ebn Chalican,*) *illud de cujus veritate inter Doctos minimè ambigitur* est, primum scripturæ Arabicæ repertorem fuisse *Moramerum* filium *Morræ Anbariensem*, ab *Anbariensibus* deinde in reliquam *Arabiam*

biam manâsse hanc artem. Cui suffragatur quod refert *Asmayius* interrogatos *Koraishitas*, A quibus scribendi artem didicissent, respondisse, Ab *Hirensibus*. *Hirenses* autem se ab *Anbariensibus* accepisse prædicant: vel, ut ab aliis narratur, interrogatum *Harbii* istius, qui primus scribendi rationem *Koraishitas* docuerat, filium, Unde Pater ipsius artem illam accepisset, respondisse, Ab *Aslamo Jadaræ* filio; illum à quo ille literas istas didicerat, respondisse, Ab eorum inventore *Moramero* filio *Morræ*; hoc autem non multis ante *Mohammedanismi* ortum annis contigisse. Fuisse autem antea *Hamyarensium* Tribubus diversam, ab illa quæ jam *Arabibus* in usu, scribendi rationem, quam المسند *Al Mosnad* vocabant, literis inter se implexis miniméq; distinctis; quam tamen vulgo discere non permittebant, nec cuipiam, nisi post impetratam ab ipsis veniam, eâ utendi facultatem concedebant. Sed & post *Morameri* inventum adeò arctis limitibus conclusam fuisse hanc artem, ut cùm evulgari cœpisset *Alcoranus* non reperiretur in tota *Arabia* felici, qui vel scribendi vel legendi peritus esset. Quin & Characteres ab ipso effictos rudiores fuisse constat, quales sc. *Kufienses* vocant: neque elegantissimos istos, quibus jam utuntur, nisi trecentis ferè post *Mohammedem* annis ab *Ebn Moklah* (merito certè vel ab hoc ne dextrâ truncaretur) concinnatos; deinde ab *Ebn Bowab*, celebri isto Calligraphias artifice, cui nulla (teste *Ebn Chalican*) secula similem aut secundum tulerunt, ad perfectionis apicem perductos.

Et linguâ jam & stylo instructos *Arabes* nostros habemus, ad animi sensa proferenda, eáque, digna

 modò

modò ſint vitâ, poſteritati commendanda ſatis paratos: quid jam contineat lingua iſta, aut præſentium aut poſterorum curâ dignum, inquirendum. Inter ea verò quæ ab ipſis *Arabum* magiſtris ad linguæ ſuæ præſtantiam demonſtrandam afferuntur argumenta, quæ ipſis maximi momenti nobis minimi, & ut planè futilia explodenda ſunt. Ejuſmodi ſunt, Eſſe hanc linguam quâ ad Paradiſi gaudia Deíque vicinium admiſſi utuntur, & ab ipſo Deo, Alcoranum in ea dictante, nobilitatam. Iſta quæ de linguæ ſuæ perſpicuitate, & immenſa ejus copiâ aſſerunt, majoris forſan ſunt ponderis.

Eſſe perſpicuitatem ابلغ ما يوصف به *inter præcipua & maximè genuina, quibus lingua aliqua cæteris commendatior reddatur*, libenter agnoſcimus: nec facilè putamus linguæ Arabicæ denegari poſſe hanc gloriam. Huic rei illuſtrandæ facit rotunda eorum in ſumma copia brevitas, eâ perſpicuitate paucis tradens, quæ nonniſi poſt multas ambages aliis linguis explicentur. Atque hoc eſt quod gloriantur, multa reperiri in ipſorum lingua, eáque longè elegantiſſima, quæ in alias linguas pari elegantiâ transferri nequaquam poſſunt. Neque in nulla certè laudis parte ponenda mira illa, qua non ſolùm verborum in ſignificando perſpicuitati, ſed in prolatione elegantiæ & dulcedini caverunt, ſedulitas; quâque non ſolùm accurata inter literas & ſignificata proportione, ſenſûs vel intenſioni vel remiſſioni prout res poſtulaverit, literarum appoſitione, ſubductione, vel juxta organorum rationem mutatione, proſpexerunt: ſed & ne quid delicatulis auribus ingratum, ne quid horridum

aut

aut ἀσύμφωνον reperiatur, effecerunt. Hoc in genere eſt, quod nuſpiam in verbo aliquo, genuinæ apud Arabes originis, duæ concurrant, non intercedente vocalis alicujus motione, conſonantes; cùm vel tres, vel plures, aliis in linguis frequenter collidantur. Imò neque ſi adſint quæ aſperitati remedio ſint vocales, quaslibet tamen temerè committunt conſonantes: ſed ſi ita rei natura poſtulat, ut concurrere debeant illæ, quæ ſe invicem ſine aſperitatis alicujus inductione conſequi & inter ſe connecti non poſſint, illi vel ſitûs, vel literarum mutatione, eas abjiciendo, inſerendo, emolliendo, aliiſve quibus poſſint modis, remedia quærunt; adeò ab omni quod vel abſonum, vel diſſonum eſt, abhorrent. Quod ſi nobis ſecus videatur, & aſperiùs ſonare ab Arabibus prolata, illud auribus noſtris & uſui, non linguæ imputandum; nec molliùs illis ſonare noſtra, quàm eorum nobis cenſendum. Et nequis ſuo, in cauſa ſua, judicio nimis faveat, audiat non ſolùm *Getas* verba *Latina* ridentes, ſed & ipſos *Græcos* nobiliſſimam illam linguam, ut barbaræ aſperitatis ream peragentes: ita eam *Gregorius Thaumaturgus* καταπληκτικὴν *terribilem*, φορτικὴν *molestam*, & planè *Barbaram* vocat. Quin & gutturalium, quæ nobis maxima aſperitatis cauſa videntur, abſentiam, ut magnum in lingua *Græca* defectum arguunt *Arabes*.

Si jam in fines & terminos hujus linguæ oculos intendere libeat, eos tam propè nullos reperiemus, ut cum illis merito exclamare liceat, اين لسان الامم ما للعرب *Quàm angusta sunt, si cum hac conferantur, reliquarum, quotquot sunt, linguarum pomœria?*

maria? Ipsi ἐκ τῶν ἀδυνάτων judicant, ut quis, nisi Prophetico afflatus spiritu, universum ejus ambitum comprehendat; nec quenquam eò unquam audaciæ pervenisse, ut se omnes ejus Thesauros exhausisse assereret. Fidem illis & assensum quis denegaverit, cùm licet quod reliquum sit ejus linguæ (si viris doctis credamus) قليل fit من كثير *parum admodum de multo*, & magna ejus pars unà cum populo perierit; in ea tamen, vel ad has angustias redactâ, ea sit Synonymorum varietas, quæ auditorem ad stuporem adigat? Tanta ea, ut sæpe vel diversorum nominum unam eandémque rem significantium enumeratio, & explicatio, justam voluminis integri materiam præbuerint: sic doctissimo Grammatico *Chalawaihi* filio unius libri subjectum, Leonis, alterius Serpentis nomina suffecerunt. Nec mirum, cùm Leonis quingentas, Serpentis ducentas appellationes diversas collegerit. Sic *Hamzah Ebno'l Hasan* dum quot haberent calamitates nomina inquisivit, ultra quadringentesimum invenit; ut jam esset تكاثر الاسما الدواهي من الدواهي *vel ipsa nominum calamitatis recensio inter calamitates non minima*. Qui Mel octoginta nominibus appellare noverat, nec totam tamen ejus nomenclaturam absolvisse compertus est; ut nec ille (credo) qui Ensis triginta duo, vel Lapidis septuaginta tenuerat. Ex his de reliquis conjecturam ferre licet. Ab *Alchalilo* Lexicographorum patre refert *Hamzah Aspahanensis*, reperiri apud Arabes verborum, quà eorum quæ in usu quà obsoletorum, formas sine ulla repetitione duodecies millies mille, trecenties quinquies

mille

mille, quadraginta & duodecim.

Verborum ſatis; ſi eadem & rerum verbis iſtis enarratarum copia, habemus quod linguæ noſtræ honorem merito conciliet. Quod ſi ulla unquam lingua ſcientiarum gloriâ claruit, neque iſta ignobilis cenſenda. Si ad priſcos illos *Arabes* animum advertamus, eos ut nobiliorum illarum, quibus *Græci* & *Latini* ipſique poſtea *Arabes* floruerunt, ſcientiarum ignaros, ita nec omnis tamen omnino literaturæ rudes reperiemus. Erant (inquit *Alshahreſtanius*) ſtudia quibus operam dabant, الانساب والانوا والتواريخ وتعبير الرويا *Genealogiarum, Stellarum pluviis excitandis aptarum, hiſtoriarum, ſomniáque interpretandi notitia.* Originum ſuarum peritia præ cæteris gentibus ſemper gloriabantur, ortus, & occaſus ſyderum, qualem longâ experientiâ adipiſci poterant, cognitionem, ut indè de pluviarum tempeſtatibus conjectari poſſent, neceſſariam deſerti incolis faciebat vitæ genus erraticum. Medicinæ ne prorſus ignaros fuiſſe putemus, facit celebris iſte *AlHarithius Ebn Chalda* طبيب العرب ſeu *Arabum medicus* κατ' ἐξοχὴν dictus, qui *Mohammede* antiquior. Illud verò ex quo præcipuè gloriam captabant, erat علم لسانهم واحكام لغتهم *linguæ ſuæ peritia & puritas:* huic excolendæ ſedulam navabant operam, aliíque aliis بنظم الاشعار وتاليف الخطب *eleganti poematum & diſſertationum compoſitione* palmam præripere conabantur: his artibus facilis ad ſummum gloriæ

gloriæ faſtigium aditus patebat. العرب قديما ما كان لها ما تفتخر به الا السيف والضيف والبلاغة inquit Sephadius, *Non gloriabantur antiquitus Arabes, niſi Gladio, Hoſpite, & Eloquentiâ.* Si uſpiam Sapientiæ, ſi Poeſi debitus honor habitus, apud illos erat, qui ubi in tribu aliquâ inclareſcere cœpiſſet Poeta, publicè illis gratulatum concurrere, Epulas inſtituere, Mulieres tympana pulſantes omniáque nuptiali pompâ adornantes, felicitatem Tribûs ſuæ viris pueriſque paſſim obviis decantare. Beatos jam ſuos quibus contigerat ἀμυντὴρ, qui honorem eorum ſartum tectum conſervaret; Fecialis, qui originum ſuarum ſeriem imperturbatam, atq; linguæ puritatem intaminatam conſervaret; famæ Præco, qui præclara eorum geſta æternæ proderet memoriæ. Hæc omnia præſtabant illis carmina, erántque ديوان علمهم ومنتهى حكمهم بها يأخذون واليها يصيرون ſc. ἐγκυκλοπαιδείας & *ſapientiæ eorum Pandectæ*, Gazophylacium in quo omnia linguæ ſuæ κειμήλια reponebant, Cornucopia, unde omnia ad uſum aut ad ornatum conferentia, oraculum, unde omnium, quæ de rebus vel de verbis oriri poterant, controverſiarum ſolutionem petebant. Nil mirum igitur ſi qui ita comparatus erat, ſolennis gratulationis cauſam præberet: quæ nec temerè præſtabatur, كانوا لا يهنئون الا بغلام يولد او شاعر ينبغ فيهم او فرس تنتج *Solennibus gratulationibus non utebantur, niſi* trium, quæ in magna felicitatis parte ponebantur, interventu;

ventu; *si puer nasceretur, si Poeta apud eos inclaresceret, si equa pullum generosum peperisset.* Nec magis mirandum, ubi tantus Poesi Honos nunquam defuisse Poetas celeberrimos. Imò & ne sola *Græcia Sapphonem* suam & *Lesbiam* prædicet, possemus etiam nos Musas *Arabicas* & Poeticas *Syrenes* recensere, nisi iniquiorem nobilis illius Poetæ *Pharezdaki* censuram timeremus, qui cùm fœmina quædam Poema aliquod elegans composuisset, non aliâ eam laude excepit quàm اذا صاحت الدجاجة صياح الديك فلتذبح *Galli cantum cùm imitatur Gallina, jugulettur.* Sed Ἀοιδὸν ἀοιδῷ invidisse non mirum.

Atque his præcipuè studiis incumbebant οἱ πρόσθεν *Arabes*, donec sub *Mohammede*, cruenta religionis simul & Imperii fundamenta ponente, وشاغلت عنها *aliis detenti sunt negotiis*, & ad asperiora armorum conversi studia calamos hastis gladiisque mutârunt. Subduxerunt se his tumultibus Musæ, donec debellatis jam vicinis, & imperii finibus incredibili celeritate dilatatis, antiqua repetita studia, Poesis, Eloquentia, Medicina, & jam novæ Legis peritia. Et fieri potuisse credamus ut imperio tantum, quin & rei publicæ literariæ pomœriis aliquid, accederet? Philosophiæ cognatarumq; disciplinarum nomina saltem, jam à devictis *Græcis Syrisque* acceperant: non poterant illæ non aliquo sui desiderio animos ad altiora spirantes inflammare; quod tamen sub religione ignorantiæ magis favente aliquandiu repressum. Id quo tardius erupit, eo altiores egit radices, & felicioribus tandem

eandem adolevit incrementis. Indè factum ut sub *Abbasidarum* imperio, quod anno *Hjræ* centesimo trigesimo secundo initium habuit, & imprimis *Almamone*, septimo ejus familiæ Chalifâ, earum studio flagrante debitumque iis honorem deferente, in illud evectæ sunt artes istæ nobiliores fastigium, ut quæ prius Barbaræ audierant regiones, unicum jam essent bonarum literarum emporium; & quæ suis solùm antea placuerat lingua, omnibus jam, qui aliquid ultra vulgus sapere cupiebant, non solùm grata utilisque, sed penè necessaria videretur. Translato sc. in eam quicquid scitu dignum continebat *Græcia*, additoque quicquid novi hominum, nec ingenii acumine nec diligentiâ vel ipsis *Græcis* cedentium, solertiâ inveniri poterat. Linguæ *Arabicæ* beneficio factum, ut non penitus perierint bonæ literæ, quàm propè abest ut dicam? Vix ante seculum est, cùm nullum è *Græcorum* Philosophis, Mathematicis, Medicis, nisi ex *Arabico* versum legerent nostri. Merito jam, post captam *Constantinopolin* linguæque Græcæ cognitionem propagatam, fontibus ipsis cesserunt lacunæ; sed ingrati simus, si non aliquem honorem isti linguæ, vel eo nomine deferamus, cui tantum aliquando debuimus. Nihilne verò ultra est, quo nos demereri possit? Nihil novi aut scitu digni in tot nobilium Scriptorum, quorum Catalogus non unius esset voluminis opus, monimentis? Multa (nolite dubitare) in omni scientiarum genere mysteria, quibus reclusis auctiores essent omnes bonæ artes evasuræ. Nec desunt, qui si *Arabum* excuterentur scrinia, adhuc etiam plurimis, quæ è præstantissimorum *Græciæ* Scriptorum operibus desideramus,

πα-

παλιγγενεσίαν polliceri audeant. *Praxim Arabum infinitis modis excedere praxim veterum Græcorum fatentur omnes:* verba sunt magni *Savilii*, accuratam Orientalium industriam in Medicina & Mathesi promovendis prædicantis. Imò, quod magis mirandum, vix minutulum aliquid vel ex ipsius *Tychonis*, aliorumve seculi nostri Atlantum, lucubrationibus, illis quæ pridem in Oriente observata addi posse, doctissimi Professoris *Joh. Bainbrigii*, quo nemini libentiùs in arte sua crediderim, judicium est. Medicos illis, & Artem, & magnam dialecti suæ partem debere novimus; plura multo debituros, si pleniorem linguæ istius, sine qua nec jam loqui possunt, cognitionem sibi pararent. Hæc ut extra controversiam posita, levi pede transeo. Philosophi *Arabum* nomine & cortice tenus nobis noti; ideóque neglectui & contemptui forsan habiti, quòd non meliùs noti, quòd illos interpretum, non suâ linguâ loquentes audiamus. Barbarorum sordes interpretum in Elegantissimos Authores conjicimus, & lacunas nacti lutulentas, fontes ipsos ut cœno oppletos contemnimus: itáque nostro & rei literariæ damno aquas limpidissimas fastidimus. Quid ni pari jure ipsi *Aristoteli*, Barbari alicujus Interpretis ore loquenti, barbariei notam inurimus? Utinam fieret aliquando ut *Alfarabium*, *Avicennam*, *Avenpacem*, eâ qua scripserunt lingua legeremus; & tum demum liberè de *Arabum* doctrina sententiam ferremus. Hos (quia nobis cæteris notiores, & famâ suâ neutiquam minores) inter alios innumeros, recenseo. Is erat *Alfarabius* qui vix *Aristoteli* ipsi inferior habitus. Tam altè in animis hominum insederat hæc de eo opinio, ut nec de ejus

veri-

veritate idoneum aliquem præter ipſum *Alfarabium* judicem reperiri poſſe crederent. Ipſum rogant, من اعلم انت او ارسطو *Ede nobis, Uter doctior, Tu an Ariſtoteles?* Audite reſponſum, لو ادركته لكنت اكبر تلاميذه *Si illum Magiſtrum aſſecutus eſſem, omnium quotquot unquam habuit diſcipulorum maximus eſſem.* Quanta in ſumma eruditione modeſtia! In hoc Philoſophorum *Arabicorum* Principe ſummam, tanto rerum ponderi conjunctam, verborum ſuavitatem & perſpicuitatem mirantur. Ejus miræ in explicandis Philoſophiæ arcanis felicitati teſtimonium perhibeat, quod de ſe narrat *Avicenna*; ſc. cùm poſt quadragies repetitam Metaphyſicorum *Ariſtotelis* lectionem de genuino eorum ſenſu eruendo jam planè deſperâſſet, primo explicationis *Alfarabii* intuitu, plenam ſe tam abditorum myſteriorum intelligentiam hauſiſſe, adeo ut ſe continere non potuit, quin gaudium ſuum, quaſi Hecatombe *Pythagoricâ*, nummis in pauperes erogandis teſtaretur. Ipſum *Avicennam* nihil minus quàm Barbarum teſtantur doctiſſima ipſius poemata, aliique, qui refertiſſimi ſunt Eloquentiæ penu, tractatus. Siqui ſecus de illo judicent, non aliter refelli velim quàm olim Grammaticum quendam, qui ipſius in hac literarum parte famam minuere conatus eſt; legendo ſc. ab ipſo conſcripta. Obvenerat in conſeſſu Principis de verborum quorundam proprietate & ratione diſputatio; inter cæteros qui aſſederant Doctos, & quid ipſe ſentiret protulit *Avicenna*: quod ægrè ferens, ut qui ſibi hujuſmodi in

rebus

rebus judicium deferri voluerat, morosus quidam Criticus, *Te*, inquit, *Medicum agnoscimus & Philosophum, in iis quæ ad verborum & sermonis proprietatem spectant, sententiam tuam neutiquam requirimus*. Turpe fuerat hæc coram Principe opprobria pati, & refellendo imparem videri, & Philosopho convitiis convitia rependere indignum. Quid agat? Domum se recipit, Poemata quædam, aliáque quâ potest curâ elaborata componit, pellibus vetustate detritis inclusa Principis iussu, ut antiqui alicujus Authoris casu reperta Critico illi tradenda curat: ipse quasi rei ignarus, assidet, ubi hærere senem videt & admirari, promptè omnia expedit, donec re jam intellectâ, fastúque isto hypercritico deposito, errorem suum confiteri, & culpam deprecari coactus sit, palmámque Philosopho, etiam in eloquentiæ stadio, porrigere. Quod nisi infeliciter periisset incomparabile illud Lectionarium, cui لسان العرب *Lingua Arabum* titulum indidit, non minus inter Grammaticos quàm Philosophos & Medicos principatum obtinuisset. Ille etiam *Ebn Bagia*, (seu, ut vulgo audit, *Avenpace*) cujus tantopere in rebus Philosophicis acumen prædicat non futilis Author *Maimonides*, non magis Philosophiæ quàm Poeseos gloria excelluit; imò passim الشاعر Poetæ, potiùs quàm Philosophi titulo gaudet. *Averroem*, licet alterum *Aristotelem* in scholis aliquando habitum, libens prætereo, quia parem Triumviris istis famam non est apud suos consecutus. Hæc ad Barbariei notam à Philosophis *Arabum* amoliendam dicta sunto, nequis, quod Interpretum est Authoribus imputans, cum larvis luctari

luctari pergat. Ipsos ubi fontes adierit, tum demum Testis fide dignus, aut Judex idoneus haberi merebitur. Quicquid aliàs duriùs pronuntiaverit, calumnia erit non judicium.

Rhetoribus & Poetis quod eos ad amœnissimos *Arabum* hortos sibi reserandos, & fragrantissimos flosculos decerpendos alliciat, satis esse quis dubitet, cùm illos eloquentiæ studium sibi peculiari jure semper vendicasse noverit?

Historiæ quibus curæ est ut eorum monimenta diligentiùs evolverent, quàm persuasum cuperem; ut ita tollerentur tot ineptæ, quas ignorantia istius linguæ nobis obtrusit, fabulæ. Ita fieret, ut non ultra *Mahometis* tumulum in aere pendulum somniaremus: nec falsum illius de reditu suo promissum urgentes, Asseclis ipsius, quos absurdè hæc credere dicimus, absurditatem nostram deridendam propinaremus; falsósque illis errores impingendo veris refutandis ineptos nosmet redderemus. Nec amplius illos *Saracenorum* appellatione à *Sara* se oriundos jactare nugaremur. Hujusmodi sexcenta sunt, quibus occurri sine linguarum studio non potest. Istæ sunt, quæ ut universæ literaturæ, ita historiæ inprimis ancillantur. Atque hoc fidenter assero, quod ad humaniores disciplinas attinet, non magis Arabes aliarum linguarum ope indigere, quàm Arabicæ alias; nec pauciora habere eos quæ alios doceant, quàm quæ ab illis discant. Ad Theologiæ studium quod spectat: si impia *Mohammedis* dogmata vel nosse vel refellere Christianos deceat Theologos; neque illis minus necessaria erit huius linguæ notitia, sine qua frustra hæc conentur. Illis eadem quantum ad lin-

guæ

quæ ſanctæ notitiam confert, docent *AbenEzra*, *Maimonides*, *Kimchius*, & tota Rabbinorum cordatiorum cohors, ſemper ubi quid occurrat difficultatis, ad eam Lectorem remittentium. Indè multorum nominum, quæ in contextu ſacro occurrunt, Etyma, in quibus eruendis ridiculos ſe præſtant ejus ignari, feliciter petuntur. Addere licet, maximam eorum quæ apud Hebræos lectu digna ſunt partem hac lingua exaratam, *Maimonidis* pleraque, *Cozari*, *Chobath Lebaboth*, *Emunoth*, aliaque *R. Saadiæ* aliorúmque, & ſuis & noſtris maximo ſemper in honore habitorum. Quicquid in Grammatica, quicquid in arte Poetica eiſdem jam in uſu eſt, ab Arabibus mutuatum. Neque contemnendæ tot in hac linguá S. S. Scripturæ, tam ab Hebræis quàm à Chriſtianis profectæ verſiones. Nam & multis Chriſtianis hæc lingua vernacula, quorum in manibus multa lectu digna, dolendum quod non plura, ut & periiſſe veterum illorum, qui inter *Arabes* ante Pſeudoprophetæ ortum non pauci erant, monimenta. Eorum qui jam miſerâ ſub *Turcæ* jugo tyrannide oppreſſi vix altius aliquid ſpirare audent, ignorantiæ, ſi horum ſtudiorum beneficio ſuccurri aliquo modo poſſet, vel hoc nomine habendam eſſe eorum rationem ſuaderet pietas.


Ita quamcunque ſtudiorum & bonarum literarum partem, ſive humaniorem, ſive diviniorem illam reſpiciamus, magnam linguæ Arabicæ utilitatem facilè percipimus: πρὸς τὰ ἄλειτα eam facere, hoc unum eſt, quod non auſim contendere.

Linguæ addiſcendæ neceſſaria ſunt inſtrumenta Grãmaticæ, & Lexica, his nulla eſt Arabica inſtru-

ctior.

* *

ctior. Grammaticis, quarum infinitus eſt apud eos numerus, recenſendis immorari ſupervacaneum, cùm eæ typis mandatæ, ad alia properantibus abundè ſufficiant; moneantque ipſi Arabes, eſſe Grammaticam ملح العلم Diſciplinarum ſal, cujus nimia aſperſio cavendum eſt, ne palatum exulceret. Lexicorum quanta fuerit illis copia hinc judicate, quòd cùm *Aſſahebus* A*bbadi* filius à Rege quodam accerſeretur, remiſerit qui Regi renuntiaret opus ſibi eſſe 60 camelis, quibus vocabularia quæ penes ſe habuit apportaret. Ex his non ſuperſunt (inquit *Jalaloddin* A*ſſoyuti)* quæ uni Camelo onerando ſint: imò & vel horum numerum minui ne ægrè feramus fecerunt incomparabilis Doctrinæ & Induſtriæ viri A*lJauharius* & A*lFiruzabadius*; ille libri *Sehah*, hic *Kamuſii* Author, qui omnium inſtar. *Jauharii* opus ut mendis aliquibus ſcateret effecit accerſitum Authori, inſano alis ligneis volandi ſtudio, fatum: quanto tutius, famæque ſuæ conſultius, vivus per ora hominum volitâſſet? Mendas iſtas ſuſtulit, & vocabulorum ſummâ (quam addit æmulatio) contentione numerum auxit A*lFiruzabadius*; ut vel eo jam ſolo contenti eſſe poſſimus. Ejus (inter Authores alios optimæ notæ,) ne iterata in Bibliotheca Publica deſiderentur exemplaria, effecit Ampliſſimi Mæcenatis, aliorúmve Benefactorum munificentia. Evolvendis induſtriam noſtram deſiderari ſupereſt. Nos in illis ne patiamur.



PROSODIA ARABICA.

CAP. I.

De Literis & Syllabis.



CArminis ratio, licèt non eadem prorsùs quæ apud Latinos & Græcos, haud omnino tamen diversa est Arabibus: apud illos versus ex pedibus constat, apud hos من الاجزا mena'laj'zái *ex partibus*. Scansioni illorum, horum تقطيع takti'on *dissectio* respondet. Utque apud illos pedes à numero & quantitate syllabarum discrimen sortiuntur, ita etiam & hic: syllaba enim cui adjuncta est in fine litera quiescens, positione quodammodo longa est; ut quæ eâ caret brevis.

Doctrina hæc Arabibus appellatur علم العروض

العروض Elmo'larúdi, & qui eam profitetur, vel docet, عروضي Arúdiyon, Plur. عروضيون Arudiyúna. Est autem illis عروض (ut à definitione rem exordiamur) علم يعرف به صحيح وزن الشعر من سقيمه *Scientia, quâ dignoscitur sana* (seu *legitima*) *versus mensura à vitiosa.* Versum sic definiunt; كلام له وزن وتقفية مقصودان *Sermo habens metrum & rhythmũ, ex intentione profecta.* Quæ de hisce definitionibus apud eos subtiliter disputantur plurima consultò omittimus. Artis hujus Inventorem perhibent fuisse الخليل ابن احمد الفراهيدي *AlChalil* Ebn *Ahmed AlFarahidi*; qui sub *AlRashido* Chalifa floruisse fertur, haud minus religionis ac temperantiæ quàm eruditionis laude insignis: quamvis enim Poësis apud Arabes longè ante illius ætatem summo studio culta fuerit, ut ex *Alis* aliorúmq; sub ipso *Mohammede*, & multorum longè antè, carminibus constat; ipsum tamen primum novimus, qui ad artis leges eam revocare tentaverit.

Totum autem hîc artificium in literarum متحركات Motaharraçáton *motarum* (quas vocant) & سواكن Sawáceno, *quiescentium* debitâ dispositione situm est.

حرف

حرف متحرك Hárfon Motahárracon, *Litera mota est, quæ vocali propriâ gaudet;* ساكن Sácenon, *quiescens, quæ vocali destituta cum præcedente motâ in unam syllabam coalescit.*

Quiescentes igitur hîc habentur non solùm tres istæ lenes Grammaticis dictæ, ي و ا, sed & reliquæ omnes vocalibus propriis destitutæ; sive explicitæ legantur, sive aliis per تشديد Teshdid insertæ. In hoc censu etiam venit تنوين Tanwin, sive *Nunnatio* in fine nominum, uti etiam in vocum terminationibus tres istæ modò dictæ ي و ا post vocales homogeneas intellectæ.

Ex literis motis & quiescentibus fiunt اسباب Asbábon *Chordæ*, & اوتاد Awtádon, *paxilli*; ob analogiam quandam inter *tentorium* & *versum*, eorúmque partes, ita dicta: nam ut illud بيت الشعر Baito'sshá'ri *domus pilorum*, ita & hic بيت الشعر Baito'sshéri *domus versuum* appellatur, & proinde quodlibet ejus hemistichium مصراع Mesráon, *Janua.*

سَبَبٌ Sábabon, *Chorda*, duabus; وَتَدٌ Wátadon, *Paxillus*, tribus literis constat.

Chorda duplex est; خَفِيفٌ Chafífon, *levis*, ultimâ literâ quiescente, ut هَلْ, لَا: vel ثَقِيلٌ Thakílon *gravis*, utraque motâ, ut لَهُ, هُوَ, مَعَ.

Paxillus quoque duplex; مَجْمُوعٌ Maj'mú'on *conjunctus*, duâbus prioribus motis ultimâ quiescente, ut لَقَدْ, لَهَا, غَدٌ, عَلَا: vel مَفْرُوقٌ Mafrúkon *disjunctus*, motis primâ & ultimâ, quiescente verò mediâ, ut قَالَ, جُزْءٌ, صِرْتَ.

Ex chordâ gravi & levi conjunctis fit فَاصِلَةٌ صُغْرَى Fasélaton sógra, *separans*, sive *dirimens minus*; tribus continuò motis, sequente post eas quiescente, ut رَجُلٌ, نَصَرَتْ.

Eodem modo ex paxillo conjuncto post chordam gravem fit فَاصِلَةٌ كُبْرَى Fasélaton cóbra, *dirimens majus*; ex quatuor motis & unâ in fine quiescente constans, ut نَصَرَتَا, رَجُلَةٌ, فَمَرَدَهَا.

CAP.

CAP. II.

De Pedibus.

EX his, de quibus in præcedente capite dictum, tanquam articulis variè inter se connexis componuntur الاجزاء Alajzáo, *Partes* versûs, quas more Latino *Pedes* dicere liceat: ii autem sunt octo; quinqueliteri duo, septiliteri verò sex, quibus totidem respondent ضوابط Dawábeto, seu *formulæ*, à themate فعل (ut conjugationum paradigmata apud *Hebræos* etiam & *Arabes*) desumptæ.

Pedes quinqueliteri;
- فعولن Ex paxillo conjuncto & chorda levi.
- فاعلن E contrario.

Pedes septiliteri;
- مفاعيلن Ex paxillo conjuncto ante duas chordas leves:
- فاعلاتن Ex eodem inter eas.
- مستفعلن Ex eodem post eas.
- مفاعلتن Ex eodem & dirimente minore.

مُفَاعَلَتُنْ E contrario.

مَفْعُولَاتُ E paxillo disjuncto post duas chordas leves.

Quinqueliteri pedes ambo sunt trissyllabi; septiliterorum tres priores & ultima quatuor, reliqui duo quinq; syllabis constant. Octo hisce duos alios septiliteros addunt hujus artis Magistri, ut omnes sint decem.

Isti duo sunt { مُسْتَفْعِ لُنْ E paxillo disjuncto inter duas chordas leves.
فَاعِ لَاتُنْ Ex eodem ante eas. }

Hi duo easdem literas, tum motas tum quiescentes, habent cum præcedentibus مُسْتَفْعِلُنْ & فَاعِلَاتُنْ sed aliter divisas: prioris usus est in Carmine Levi & Convulso, alterius in Carmine Simili; ut in sequentibus, Deo volente, monstrabitur.

CAP. III.

De Carminum generibus.

EX pedibus hisce, sive partibus, in orbem dispositis, fiunt quinque دَوَائِر Dawáyero

wayero, *circuli*, totidem summa carminum genera ambitu suo complectentes: quorum singula, excepto ultimo, in alia denuo subdividuntur, ut universa fiant quindecim ex *AlChalili* & veterum sententiâ, quibus *Zamachsharius* cum recentioribus decimum sextum addit; quamvis *Jauharius* undecim tantùm, alii non plura quàm duodecim ponant. Vocantur autem generali vocabulo بحور Bohúron, à sing. بحر Bahron, quod *mare* etiam denotat, quasi *Fissuram* in terra dicas: *findendi* enim significationem obtinet verbum بحر Báhara, unde & hæc genera, ut in quæ dividantur, & quodammodo *findantur* Carmina, appellationem hanc adepta sunt.

Circulus primus appellatur الدايرة المختلفة Addayérato'lmochtaléfato, *Circulus varius*, vel *discrepans*, ob diversitatem pedum quinqueliterorum & septiliterorum alternatim in eo positorum: continet in se tria Carminum genera;

الطويل Attawílo, *Longum*,	cujus pedes sunt	فعولن مفاعيلن	quater.
المديد Almadído, *Extensum*,		فاعلاتن فاعلن	
البسيط Albasíto, *Expansum*,		مستفعلن فاعلن	


 Hu-

Hujus ut & ſequentium circulorum Schema hîc apponi curavimus, in quo circelli conſonas motas deſignant, lineolæ quieſcentes: illarum viginti octo, harum viginti circulum hunc totum abſolvunt.

Ex eiſdem autem & numero & qualitate literis, uno eodémque ordine in circulo collocatis pro diverſo initio diverſa fiunt carminum genera, ut in Schemate videre licet: quod idem de reliquis circulis dictum eſto. Hoc ut melius intelligatur, fingantur apud Latinos Trochaici & Iambici ſenarii pedes in orbem redeuntes: hoc poſito, idem ex utríſque, quoad numerum & ordinem longarum & brevium ſyllabarum, efficietur circulus; in quo tamen aliud Iambici, aliud Trochaici erit initium.

Circulus ſecundus vocatur الدايرة المتالفة Addayérato'l mutaléfato *Circulus convéniens*, quod nulla ſit in eo diverſitas pedum: vel quod ſimiles in utroque ejus genere adhibeantur pedes, ex paxillo conjuncto & dirimente minore compoſiti; ita ut in uno præponatur dirimenti paxillus, poſtponatur in altero. Duo enim complectitur carminum genera;

الوافر


2. Circulus. Conveniens.
5. Circulus Consentiens.
الدايرة المؤتلفة
الدايرة المتفقة
a initium perfecti.
b initium exuberantis
a initium Conjuncti.
b initium Consequentis.
1. Circulus. discrepans.
3. Circulus. extractus.
الدايرة المختلفة
الدايرة المجتلبة
a initium longi.
b initium extensi.
c initium expansi.
a initium Cantilenæ.
b initium Satyræ.
c initium brevis.
4. Circulus similis.
الدايرة المشتبهة
a initium velocis.
b initium emissi.
c initium levis.
d initium similis.
e initium concisi.
f initium convulsi

الوافر Alwáfero, *Exuberans*, الكامل Alcamelo, *Perfectum*, } cujus pedes { مفاعلتن متفاعلن } sexies, ut in Schemate.

Triginta hîc habentur consonæ motæ, quiescentes duodecim.

Circulus tertius vocatur الدايرة المجتلبة Addayerato' lmoj'talábato, *Circulus extractus*, quòd pedes ex circulo primo extractas habeat; vel, ut alii volunt, ob multum & frequentem ejus usum, cùm الجلب Aljálbo الكثرة Alcéthrato, seu *multitudinis* etiam significationem habeat. Tria continet carminum genera.

الهزج Alházajo, *cantilena, madrigale*, الرجز Arrájazo, *Satyra, improvisa modulatio*, الرمل Arrámalo, *Breve carmen*, } cujus pedes { مفاعيلن مستفعلن فاعلاتن } sexies.

Viginti quatuor hîc sunt consonæ motæ, quiescentes octodecim, ut ex Schemate adjecto liquet.

Circulus quartus dicitur الدايرة المشتبهة Addayérato' lmoshtabéhato, *Circulus similis*; ob pedum similitudinem, qui in eô omnes

omnes sunt septiliteri: sex carminum genera comprehendit.

	cujus pedes	bis.
السريع Assario, *velox*,		مستفعلن مستفعلن مفعولات
المنسرح Almonsáreho, *Emissum*,		مستفعلن مفعولات مستفعلن
الخفيف Alchafífo, *Leve*,		فاعلاتن مستفع لن فاعلاتن
المضارع Almodáreo, *Simile*,		مفاعيلن فاع لاتن مفاعيلن
المقتضب Almoktádebo, *Concisum*,		مفعولات مستفعلن مستفعلن
المجتث Almoj'táththo, *Convulsum*,		مس تفع لن فاعلاتن فاعلاتن

Hîc etiam viginti quatuor motas, octodecim quiescentes, ut in præcedenti circulo, videre est, atque inde (ut quibusdam placet) huic circulo nomen.

Circulus quintus vocatur الدايرة المتفقة Addayerato'lmottafécato, *Circulus concordans*, ob congruentiam pedũ ejus quinquelitterorum, & الدايرة المنفردة Addayerato'lmonpharédato, *circulus singularis*, quòd unicum

cum solummodo genus ambitu suo comprehendat, sic dictus; illud autem est المتقارب Almotakárebo, *conjunctum*; cujus pes etiam unicus فعولن octies: licet alii (ut suprà dictum) alterum addunt المتدارك Almotadáreco, *Consequens*, ex pede فاعلـن octies repetito conflatum: is ex Chorda & Paxillo constat, sicut & præcedens فعولن, mutato solùm ordine, unde (secundùm quosdam) Circulo huic nomen.

Cernis hîc in Schemate viginti quatuor consonas motas, quiescentes verò sedecim totum ultimi hujusce circuli ambitum complere.

CAP. IV.

De varia Carminum mensura, & partium appellationibus.

EX dictis patet quindecim horum generum quodvis esse vel مثمن Mothámmanon *octonarium*, vel مسدس Mosáddason, *hexametrum*, sive *senarium*. Sciendum tamen pleraque eorum omnibus suis pedibus integris apud Poetas raro, quædam etiam

nun-

nunquam usurpari; cùm docendi tantùm gratiâ ab *AlChalilo* inventæ & introductæ fuerint istæ formulæ, ut ad eas, tanquam normas, numerosæ illæ, in quas sese diffundunt hi trunci, propagines exigerentur. Aliquando enim ex octonario pedes duos, utriúsque hemistichii finales, resecari contingit, atque ita ex eo fieri senarium: hoc appellatur جزء Jáz'on, unde hujusmodi versus senarius dicitur مجزوء Majzúwon, *Jazátus*, seu *partibus diminutus*; quò distinguatur ab hexametro seu senario integro jam dicto, cùm hic origine sit octonarius. Eodem modo ex senario integro fit مربع مجزو Morábbaon Majzúwon, *quaternarius diminutus*, abjectâ verò شطر Shatra, seu medietate sui, fit مثلث Mothállathon, *ternarius*, inde dictus مشطور Mashtúron, *Shatratus*, seu *dimidiatus*, ob amissum dimidium; quatuor ex sex pedibus abjectis relinquitur مثني Mothánna, *Binarius*, qui vocatur منهوك Manhúcon, *Nahcatus*, seu *Attenuatus*, quòd tot pedum damnum sustineat; quinque demum pedibus rejectis remanet versus موحد Mowáhhadon *Unius pedis*, qui مشطور المنهوك

المنهوك Maſhturo'lmanhuci, *Nahcatus Shatratus* appellatur. Quinarius rarò occurrit; *Septenarius* nuſquam.

Ex his, qui pari pedum numero conſtant, ut Octonarius, ſenarius, & quaternarius, in duo dividuntur hemiſtichia مصراعي البيت Meſraayi'lbaiti, *fores domus*, dicta. Hemiſtichii prioris pes primus vocatur الصدر Aſſádro, *Acceſſus, initium*, ultimus العروض Alarúdo, *Propoſitio, exhibitio rhythmi*, vel *palus medius tentorium ſuſtinens*, quòd totius Carminis rhythmus ab eo pendeat: illa *Sadra*, hæc nobis in ſequentibus *Aruda* dicetur. Poſterioris pes primus dicitur الابتداء Alebtedáo *Principium*, ultimus الضرب Addárbo, *fixio* tentorii, quòd eâ verſus, uti tentorium figendo, perficiatur; vocatur etiam العجز Alaj'zo, nobis verò deinceps *Darba* vocabitur.

Qui præter hos ſunt octonario & ſenario pedes vocantur الحشو Alháſhwo, *fartura*, quæ quaternario nulla eſt: ternarii pedes alii prioris, alii poſterioris hemiſtichii pedum nominibus inſigniunt, ut primus vel *Sadra* vel *Ebtedáa*, ultimus vel *Aruda* vel *Darba*, me-

medius *Hashwa* dicatur; idem de binario tenendum, nisi quod *Hashwâ* careat.

CAP. V.

De Pedum mutationibus.

NEc solum versus integri, sed & pedes ipsi, ex quibus constant, multas per Poeticam licentiam mutationes subeunt, & à primitivo suo statu variè recedunt; quod tribus generatim modis fit, vel efficiendo ut litera mota (vocali ejus ablatâ) quiescat, vel literas minuendo, vel easdem augendo: horum aliquando duo, nonnunquam omnes in eodem pede concurrunt; quod, volente Deo, statim videbimus.

Mutatio quæcunque Pedis dicitur vel زحاف Zehâfa, *Prolapsus*, (voce à Camelis præ lassitudine pedem trahentibus translatâ) vel علة Ella, *Ægritudo*.

Zehafa est mutatio in secunda litera alicujus chordæ tantùm accidens, idq; non necessariò. Alia quælibet mutatio appellatur *Ella*; *est itaq; Ella mutatio, quæ vel in paxillo, vel in utraq; litera chordæ, necessariò fit*. Hæc Arudam Darbâmve potissimùm afficit

afficit, & per singulos totius poematis versus quam in ejus initio sedem obtinet, constanter occupat: illa magis vaga est, & reliquarum quoque partium affectio communis; ubi pro arbitrio adesse vel abesse potest, unde *licentiam Poeticam* haud ineptè voces. Est tamen (quod notandum) ubi hæ altera alterius naturam induunt.

Zeháfa est duplex; simplex, & composita.

Zehafa simplex fit vel in secunda, vel quarta, vel quinta, vel septimâ pedis literâ tantùm; ita ut prima, & tertia, & sexta à Zehafa immunes sint.

Zehafa in secunda litera triplex fit.

Prima اضمار Edmára, *quæ est quies secundæ movendæ* ت *in pede* متفاعلن, ita ut pro eo ponatur مستفعلن in Carmine, quod dicitur, Perfecto. Pes ita affectus denominatur مضمر Modmaron, nobis *Damratus* in sequentibus dicetur.

Secunda est خبن *Chabna*, *quâ secunda quiescens, ex pede à chorda inchoato, tollitur*; hinc pro فاعلن ponitur فعلن sicut & فعلاتن pro فاعلاتن, (non autem pro فاع لاتن, ut qui pes sit à paxillo disjuncto incipiens)

incipiens) & مفتعلن pro مستفعلن, quod mutatur in مفاعلن, sic مفعولات pro مفعولات, quod vertitur in فعولات vel مفاعيل. Hinc pes مخبون Machbunon, nobis *Chabnatus*, quo modo à plerisque reliquis denominativa formamus.

¶ Tertia. وقص, *Waksa, abjectio secundæ motæ* ت *ex pede* متفاعلن; hæc utrámque præcedentem in se quodammodo continet, ac si esset Chabna Edmaræ superaddita, quâ متفاعلن reducitur ad مفاعلن. Hinc pes موقوص Maukúson, *Waksatus*.

In quartâ literâ unica est طي *Taya, quâ rejicitur quarta quiescens chordalis*; ut quando pro مستفعلن ponitur مستعلن seu مفتعلن, pro مفعولات verò مفعلات, & pro eo فاعلات. Hujusmodi pes vocatur مطوي Matwiyon, *Tayatus*.

In quinta quoque est triplex.

Prima عصب *Asba, per quam litera quinta* ل *in pede* مفاعلتن *vocali privatur*; ita ut ejus loco adhibeatur مفاعيلن, in carmine Exuberante. Hinc pes معصوب Ma'súbon, *Asbatus*.

Secunda قبض *Kabda, qua quintam quiescentem chordalem abjicit*; ut فعول pro فعولن, & مفاعلن pro مفاعيلن.

Tertia عقل *Akla, abjectio quintæ motæ ex pede* مفاعلتن, quò reducatur ad مفاعلن: ita se habet ad Asbam & Kabdam, ut Wakſa ad Edmaram & Chabnam, utrámque in se complectens.

In septima tandem, sicut in quarta, Zehafa est unica, كف *Caffa, qua abjicitur septima quiescens chordalis*; ut مفاعيل pro مفاعيلن, & فاعلات pro فاعلاتن, ac deniq; مس تفع لن pro مس تفع لن.

Zehafa composita est quadruplex.

Prima خزل *Chazla, conjunctio Edmaræ & Tayæ*; quies nempe secundæ movendæ & rejectio quartæ quiescentis in pede متفاعلن, ex quo per hanc fit مفتعلن. Alii dici malunt جزل *Jazlam*, per ج.

Secunda, خبل *Chabla, conjunctio Chabnæ & Tayæ*, sive cùm secundâ quiescens & quarta simul eliduntur, ut فعلتن pro مستفعلن, & فعلات pro مفعولات.

Tertia, شكل *Shacla, coniunctio Chabnæ &*

& Caffa, rejectio sc. secundæ quiescentis & septimæ simul; ut cùm pro مس تفع لن adhibetur مفـاع لن, pro فاعـلاتـن verò فعلات.

Quarta, نقص *Naksa*, *coniunctio Asbæ et Caffæ*, sive quies quintæ movendæ & rejectio septimæ quiescentis simul in pede مفاعلتن, ut reducatur ad مفاعيل.

Ella quoq; est duplex, additio vel detractio.

Additio est duplex; vel enim ab initio versus augetur, vel in fine.

Augmentum ab initio dicitur خزم *Chazma*, *quâ versus ab initio prioris hemistichii unâ, vel pluribus (modò non excedant quatuor) literis augetur.* Hujus augmenti in scansione nulla ratio habetur, sed quòd ad mensuram versus planè redundans est, ac sensui tantùm inservit; ideóque nihil est quòd ejus explicationi amplius immoremur: monendum tamen aliquando etiam ab initio posterioris hemistichii usurpari, quod in vitio ponendum.

Augmentum in fine triplex est.

Prima, تسبيغ *Tasbiga*, *quâ chorda levis in fine versûs literâ quiescente augetur*; ut فاعلاتان

فاعليّاتن seu فاعليّاتن factum ex فاعلاتن pro فاعلاتن: hinc nobis pes مسبغ Mosabbagon, *Sabgatus*, carmini Brevi peculiaris.

Secunda اذالة *Edhala*, *cùm paxillus conjunctus finalis eodem modo augetur*; ut مستفعلان pro مستفعلن in Darba carminis Expansi, & متفاعلان pro متفاعلن in Darba Perfecti. Hinc pes appellatur مذال Modhálon, *Dhailatus*.

Tertia, ترفيل *Tarfila*, *quando paxillus conjunctus finalis chordâ levi augetur*; ut متفاعلاتن & مستفعلاتن pro متفاعلن & مستفعلن: inde pes مرفل Moraffalon, *Raflatus*, denominationem sumit; cujus usus est solus in Darba carminis Perfecti Jazati. Sic & præcedentes duæ Tasbiga & Edhala non adhibentur nisi in Carmine Jazato.

Detractio fit vel ab initio versûs, vel in Arudá & Darba.

Ab initio versûs est خرم *Charma*, *ablatio* sc. *primæ motæ ex paxillo conjuncto ab initio prioris hemistichii*. Fit etiam aliquando (quod minus probatur) ab initio hemistichii posterioris.

Charma diversis respectibus diversa sortitur

titur nomina: fit enim vel in pede quinque-litero, vel in ſeptilitero.

Charma in pede quinquelitero (qualis eſt فعولن in carmine Longo & Conjuncto) abſque ulteriore mutatione vocatur ثلم *Thalma*, & pes ejuſmodi اثلم Athlamo, *Thalmatus*; ut عولن, quod mutatur in فعلن quieſcente ع, pro فعولن: ſin accedat Kabda, appellatur ثرم *Tharma*, & pes اثرم Athramo, *Tharmatus*; ut فَعْلُ pro فعولن.

In pede ſeptilitero مفاعلتن, in carmine Exuberante, quando ſola venit, appellatur عضب *Adba*, unde pes اعضب A'dabo, *Adbatus* مفتعلن; cum Asba juncta, قصم *Kaſma*, unde pes اقصم Akſamo, *Kaſmatus* مفعولن; cum Akla dicitur جم *Jamama*, atque indè pes اجم Ajammo, *Jammatus* فاعلن; cum Nakſa denique vocatur عقص *Akſa*, & pes inde اعقص A'kaſo, *Akſatus*, فاعيل ſive مفعول, relictus ſc. ut & tres præcedentes, ex مفاعلتن.

Poſtremò in pede ſeptilitero مفاعيلن, in Carmine الهزج & المضارع, primâ ſolâ

 demptâ,

demptâ, propriè dicitur خرم *Charma*, atque indè pes. اخرم Achramo, *Charmatus*, مفعولن; si quinta insuper per Kabdam excidat, appellatur شتر *Shatra*, pes verò اشتر Ashtaro, *Shatratus*, فاعلن; si denique ablatâ primâ septima quoque per Caffam decedat, خرب *Charaba* dicitur, & ab ea pes اخرب Achrabo, *Charabatus*, مفعول.

Ab Aruda & Darba variæ fiunt detractiones, quarum aliæ in chordis, aliæ in paxillis, aliæ in utrisque.

In chordis fiunt tres.

Prima, قصر *Kasra, quâ excidit quiescens chordæ finalis, & mota ejus quiescens redditur*; ut فعولْ, quiescente ل, pro فعولن, & مفاعيلْ seu فعولاتْ pro مفاعيلن, ac denique فاعلاتْ seu فاعلاتْ pro فاعلاتن. Aliis, *Kasra est abjectio literæ motæ ex chorda levi finali*, ut فعونْ seu, ut modò dictum, فعولْ pro فعولن. Hanc in Arudam carminis Conjuncti admittit *AlChalil*, cùm aliàs Darbæ sit propria.

Secunda, حذف *Hadhfa, quâ detrahitur chorda*

chorda levis à fine pedis, cui contingit ut sit Aruda vel Darba; ut فعو sive فعل pro فعولن, aut مفاعي sive فعولن pro مفاعيلن, denique فاعلا sive فاعلن pro فاعلاتن.

Tertia, قطف *Katfa, conjunctio Hadhfæ & Asbæ in pede septilitero* مفاعلتن *carminis Exuberantis*; ita ut chordâ levi à fine detractâ, & ablatâ vocali ab ultima litera præcedentis chordæ gravis, reducatur ad مفاعل seu فعولن. Aliis, *Katfa est elisio chordæ gravis è medio pedis*; ut مفاعلن, seu, ut suprà, فعولن pro مفاعلتن.

In paxillis conjunctis fiunt etiam tres.

Prima, قطع *Kat'a, abjectio quiescentis, & quies secundæ movendæ in paxillo conjuncto finali Arudæ vel Darbæ*; ut فاعل seu, quod idem, فعلن pro فاعلن, & مستفعل seu مفعولن pro مستفعلن, denique متفاعل seu فعلاتن pro متفاعلن.

Secunda, حذذ *Hadhadha, quando detrahitur à fine pedis paxillus conjunctus*; ut

مبتغا, seu فعلاتن, pro مستفعلاتن, in carmine Perfecto: pes ita affectus vocatur احذ A-hadhdho, *Hadhdhatus*. Scribitur etiam per ج جذذ, atque indè pes مجذوذ Maj'dhú-dhon, *Jadhdhatus*.

Tertia, تشعيث *Tash'ítha*, *abjectio unius duarum motarum in paxillo conjuncto*; ut فالاتن seu فاعاتن, vel quod idem مفعولن, pro فاعلاتن: de quo infrà in Carmine Levi plura. Hæc licèt Ella sit ratione paxilli in quo accidit, usu tamen Zehafam esse notetur; sic & Chazma, & Charma, Hadhfa quoque in Aruda carminis Conjuncti octonarii, ubi non necessariò sed ad placitum adhibetur.

In paxillis disjunctis fiunt quoque tres.

Prima, وقف *Wakfa*, *quâ septima mota vocalem amittit*; ut مَفْعُولَانْ pro مَفْعُولَاتُ, in Aruda ac Darba carminis Velocis & Emissi, cùm versus fuerit Biforis, (de quo paulo infrà) aut Rhythmicus.

Secunda, كسف *Casfa*, *abjectio septimæ motæ ex pede* مفعولا, *qua redigitur ad* مفعولن. Aliis dicitur كشف *Cashfa*, per ش. Sunt qui hanc paxilli disjuncti, sive in fine

fine sive in medio pedis fuerit, communem affectionem esse volunt, ut in carmine Levi infrà videbitur.

Tertia, صلم *Salma, qua detrahitur à fine paxillus disjunctus*; ut مفعو, seu فَعْلُن pro مفعولات in Darba carminis Velocis: hujusmodi pes appellatur اصلم Aslamo, *Salmatus*.

In chordis denique & paxillis simul fiunt duæ.

Prima شكل *Cabla, conjunctio Chabna & Kat'a in carmine Expanso*; quâ ex مستفعلن fit فعولن, elisâ sc. secundâ quiescente ex مفعولن post Kat'am relicto.

Altera بتر *Batra, conjunctio Hadhfa & Kat'a*; qua ex فاعلاتن in Carmine Extenso, abjectâ per Hadhfam chordâ levi تن, ex paxillo verò علا quiescente ا elisâ & præcedente ل à motu ad quietem redactâ per Kat'am, fit فاعل, quod mutatur in فَعْلُن: eodem modo ex فعولن in carmine Conjuncto fit فع, quiescente ع; pes autem in quo hoc fit vocatur ابتر Abtaro *Batratus*. Aliis,

Batra

Batra est abjectio paxilli conjuncti ex pede; ſi enim ex فاعلاتن paxillũ mediũ علا eximas, manebunt chordæ extremæ فاتن, ejuſdem valoris cum فعْلُنْ: ita in exemplo ſecundo فعولن, dempto paxillo initiali فعو relinquitur chorda finalis لن, quod in فعْ æquipollens convertitur.

Quo melius & penitius hæc omnia intelligantur, Synopſin hanc ſingularum, quæ in ſingulis pedibus fiunt, mutationum ſubjicere viſum eſt.

ex فعولن fit	1. فعول	per	Kabdam.
	2. فعول		Kaſram.
	3. فعْلُنْ		Thalmam.
	4. فعْل		Tharmam.
	5. فعل		Hadhfam.
	6. فعْ		Batram.

ex فاعلن fit	1. فعلن	per	Chabnam.
	2. فعْلن		Kat'am.

ex مستفعلن

ex. مُسْتَفْعِلُنْ fit

1.	مُفَاعِلُنْ	per	Chabnam.
2.	مُفْتَعِلُنْ		Tayam.
3.	فَعِلَتُنْ		Chablam.
4.	مَفْعُولُنْ		Kat'am.
5.	مَفْعُولَانْ		eandem & Edhalam.
6.	فَعُولُنْ		Cablā. i. Kat'am & Chabnam.
7.	مُسْتَفْعِلَانْ		Edhalam.
8.	مُفَاعِلَانْ		eandem & Chabnam.
9.	مُفْتَعِلَانْ		eandē & Tayā.
10.	فَعِلَتَانْ		eandē & Chablam.

ex مُفَاعِيلُنْ

1.	مُفَاعِلُنْ	per	Kabdam.
2.	مُفَاعِيلُ		Caffam.
3.	مُفَاعِيلُ seu فَعُولَاتُ		Kafram.

فعولن 4.

fit

4. فعولن	per	Hadhfam.
5. مفعولن		Charmam.
6. فاعلن		Shatram.
7. مفعول		Charabam:

ex فاعلاتن fit

1. فعلاتن	per	Chabnam.
2. فاعلات		Caffam.
3. فعلات		Shaclam.
4. فاعلان		Kafram.
5. فعلان		eandem & Chabnam.
6. فاعلن		Hadhfam.
7. فعلن		eandem & Chabnam.
8. فعْلن		Batram.
9. مفعولن		Tashitham.
10. فاعليّان		Tasbigam.
11. فعليّان		eandem & Chabnam.

ex مفاعلتن

ex مُفَاعَلَتُنْ fit per:

1.	مُفَاعِيلُنْ	Asbam.
2.	مُفَاعِلُنْ	Aklam.
3.	مُفَاعِيلُ	Nakſam.
4.	فَعُولُنْ	Katſam.
5.	مُفْتَعِلُنْ	Adbam.
6.	مَفْعُولُنْ	Kaſmam.
7.	فَاعِلُنْ	Jamamam.
8.	مَفْعُولُ	Akſam.

ex مُتَفَاعِلُنْ per:

1.	مُسْتَفْعِلُنْ	Edmaram.
2.	مُفَاعِلُنْ	Wakſam.
3.	مُفْتَعِلُنْ	Chazlam.
4.	فَعِلَاتُنْ	Kat'am.
5.	مَفْعُولُنْ	eandem & Edmaram.
6.	فَعِلُنْ	Hadhadham.
7.	فَعْلُنْ	eandem & Edmaram.

8.

fit

8.	مُتَفَاعِلَانْ	per	Edhalam.
9.	مُسْتَفْعِلَانْ		eandem & Edmaram.
10.	مَفَاعِلَانْ		eandem & Wakſam.
11.	مُفْتَعِلَانْ		eandem & Chazlam.
12.	مُتَفَاعِلَاتُنْ		Tarfilam.
13.	مُسْتَفْعِلَاتُنْ		eandem & Edmaram.
14.	مُفَاعِلَاتُنْ		eandem & Wakſam.
15.	مُفْتَعِلَاتُنْ		eandem & Chazlam.

ex مَفْعُولَاتُ

1.	فَعُولَاتُ *vel* مَفَاعِيلُ		Chabnam.
2.	فَاعِلَاتُ		Tayam.
3.	فَعِلَاتُ		Chablam.
4.	مَفْعُولَانْ	per	Wakfam.
5.	فَعُولَانْ		eandem & Chabnam.

6.

fit	6. فَاعِلَاتُنْ	per	eandem & Tayam.
	7. مَفْعُولُنْ		Casfam.
	8. فَعُولُنْ		eandem & Chabnam.
	9. فَاعِلُنْ		eandem & Tayam.
	10. فَعِلُنْ		eandem & Chablam.
	11. فُعْلُنْ		Salmam.

ex مُسْتَفْعِلُنْ fit	1. مُفَاعِلُنْ	per	Chabnam.
	2. مُسْتَفْعِلُ		Caffam.
	3. مُفَاعِلُ		Shaclam.
	4. فَعُولُنْ		Kasram & Chabnam.

ex فَاعِلَاتُنْ fit	1. فَاعِلَاتُ	per	Caffam.

De Zehafa præterea observandum, ubi chordæ unius quiescens præcedit alterius motam, cujus quiescens abjecta est, e.g. si hi duo pedes فاعلاتن فاعلاتن sic concurrant فاعلا ن فعلاتن, vocari eam صدر Sádron; dicique

dicíque معاقبة Moakábaton, *Moákabam* seu *successionem* respectu ejus quod præcessit; at si sic veniant فاعلاتن فاعلات appellari عجز Ajozon, ac dici *Moákabā* respectu ejus quod sequitur, si denique sic فاعلاتن فاعلاتن فعلات dici الطرفين Attarfaini, *Moakabam* respectu *Utriusq; extremi*. Est autem *Moákaba, quiescentium duarum in duabus chordis vicinis alterius ad alteram habitudo ejusmodi, ut una semper retineatur eò quod altera abjiciatur*. Supponit hæc definitio utrámque successivè rejici posse, licèt non simul: unde sequitur inter ن pedis فاعلن, cum ea nunquam excidat, & ا فاعلاتن non fieri Moakabam. Porro dicitur المعاقبة *successio* inter duas literas, si non liceat ambas simul rejicere, ambas verò simul retinere liceat, à verbo عاقب Akaba; quod usurpatur quando duo per vices, modò hic modò alter, aliquid faciunt, peculiariter verò eodem jumento vehuntur, ita ut pedibus simul ire eis, si velint, liceat, simul vehi haudquaquam: at verò المراقبة Almorakábato, *Morákaba*, seu, *observatio mutua* inter eas, si nec ambas simul abjicere nec simul

mul retinere permittatur, quo modo e. g. se habent literæ ي & ن pedis مفاعيلن in carmine Simili, qui semper vel Kabdatus vel Caffatus habetur; à verbo راكب, Rákaba, cujus usus est inter alios, quando duo alter alteri ita invigilant, sibique alter ab altero cavent ut simul præsentes esse nunquam sustineant.

Ex dictis patet pedem quemlibet esse vel اصل Aslon *radicem* seu *primitivum*, quales sunt decem isti suprà dicti; vel فرع Fár'on *ramum*, *derivativum*, ut reliqui omnes quotquot ab eis modis jam expositis variè efformantur: quin & idem pes diverso respectu & primitivus esse potest & derivativus; v.g. فعولن in carmine Longo & Conjuncto, فاعلاتن in Extenso, & Expanso, & Consequente, اصول Osulon, seu *primitivi* sunt, in reliquis فروع Forúon *derivativi*; contrà verò مستفعلن in carmine Perfecto, & مفاعلتن in Exuberante *derivativi* sunt, in cæteris autem *primitivi*. Reliqui quatuor primitivi semper manent.

His cognitis sciendum insuper pedem in quo non est Ella in defectu, ejus tamen ca-

pacem, dici صحيح Sahihon *Sanum*; sin verò absit à pede Ella in excessu, sub eadem capacitatis lege, pedē vocari معرّى Moarran *Nudum*: pedem autem à Zehafa, (quæ neq; sit Charma nec Chazma) sub lege prædicta, immunem propriè dici سالم Sálemon *Integrum*, à Charma immunem dici موفور Mawfûron, *Abundantem*, à Chazma, ex mente Authoris *Mephtahi*, مجرد Mojárradon *Glabrum*, qui denique à Moakaba immunis est dicitur بري Báriyon, *Liber*.

Atque hæc de mutationibus pedum ideo fusius hîc prosecuti sumus, ne in sequentibus, ubi illarum partis maximæ frequens erit mentio, eas passim explicare cogamur, sed earum naturæ ac descriptiones hinc peti possint. Non est autem quod quisquam putet hæc omnia sine discrimine ubivis licere, aut pro cujusque arbitrio, vel etiam prudentiâ, (ut *Guadagnolus*, præcepta de iis quæ ipse minimè intellexit prolixè tradens, sentire videtur) cùm ejusmodi sint eorum nonnulla, ut si non omnino fugienda, parcissimè tamen adhibenda sint; cæterorum verò usus legibus quibusdam, quasi cancellis, definiatur ac circumscribatur, quas transgredi nefas

nefas habetur: eæ verò partim jám traditæ ſunt, partim ex dicendis innoteſcent, ubi de ſingulis carminum generibus ſpeciatim agetur.

CAP. VI.

De Carmine الطويل *Attawîlo, ſeu* Longo.

PRimi circuli primum carminis genus ſuprà poſuimus, الطويل *Longum*, ob literarum numerum, quo reliqua quæcunq; ſuperat, ita, ut nonnullis videtur, dictum; cujus menſuram ibidem diximus eſſe فعولن مفاعيلن quater:ei(niſi ſit مصرع Moſárraon, *Biforis*, in quo ſcilicet Darbam Aruda & in menſura & in rhythmo ſequitur, ita ut quicquid in illa, idem etiam in hac licitum ſit) Aruda unica Kabdata competit, Darbæ verò tres; prima Integra, ſecunda ad inſtar Arudæ Kabdata, tertia verò Hadhfata.

Exemplum verſus Darbæ primæ è *Motalammeſo*:

أَبَا مُنْذِرٍ كَانَتْ غُرُورًا صَحِيفَتِي

وَلَمْ أُعْطِكُمْ فِي ٱلطَّوْعِ مَالِي وَلَا عِرْضِي

Ejus Scansio.

أَبَا مَنْ | دِرْنُكَانَتْ | غُرُورَنْ | ضَعِيفَتِي
فعولن | مفاعيلن | فعولن | مفاعلن

وَلَمَّاعْ | طِكُمْفُطُو | عِمَالِي | وَلَا عِرْضِي
فعولن | مفاعيلن | فعولن | مفاعيلن

Sàdra, seu prioris hemistichii pes primus, ابامن est سالم موفور i. e. non Charmata; Aruda verò صحيفتي Kabdatur, i. e. quintâ quiescente caret, unde ei in scansione respondet مفاعلن pro مفاعيلن. Kabda autem quæ in reliquis pedibus ex sua natura Zehafa est, in hujus Carminis Aruda, sicut etiam in Darba ejus secunda, Ellæ naturam induit, cum sit eis necessaria. Darba ولاعرضي est صحيح سالم *sana*, immunis ab Ella quacunque, puta Kabdâ vel Hadhfâ, quas aliàs admittere solet: Hashwæ denique utriusque hemistichii pedes omnes sunt سالمة *integri*, nullam Zehafam passi, earum quas regulariter pati possint; eæ autem quænam sint, mox videbimus. Huic Darbæ si Aruda similiter desinens ejusdem mensuræ, i. e. integra,

tegra, adaptetur, verſus erit *Biforis* (qualem modò deſcripſimus) literis 48, juxta menſuram ſuam primitivam, gaudens, quot in aliis carminum generibus non reperiuntur.

Exemplum Darbæ ſecundæ, ex *Tarfâ*.

سَتُبْدِي لَكَ ٱلْأَيَّامُ مَا كُنْتَ جَاهِلًا

وَيَاتِيكَ بِٱلْأَخْبَارِ مَنْ لَمْ تُزَوِّدِ ❖

Scanſio ejus.

سَتُبْدِي | لَكَلْأَيْيَا | مُمَاكُنْ | تَجَاهِلَنْ
فعولن | مفاعيلن | فعولن | مفاعلن

وَيَاتِي | كَبِلْأَخْبَا | رِمَنْلَمْ | تُزَوْوِدِي
فعولن | مفاعيلن | فعولن | مفاعلن

Hîc tam Darbam, quàm Arudam Kabdatam vides: verſus autem, cujuſcunque generis ſit, in quo Darba & Aruda ejuſdem menſuræ & ſimiliter deſinentes ſint, مقفا Mokaffa, ſeu *Rhythmicus* abſolutè dicitur; cùm in verſu *Bifori* priuſquam Rhythmus adhibeatur reducenda ſit Aruda ad menſuram Darbæ.

Ex-

Exemplum Darbæ tertiæ.

أَقِيمُوا بَنِي ٱلنُّعْمَانِ عَنَّا صُدُورَكُمْ

وَإِلَّا تُقِيمُوا صَاغِرِينَ ٱلرُّؤُوسَا

Scanfio ejus.

أقيمو	بننّعما	نعنّنا	صدورکم
فعولن	مفاعيلن	فعولن	مفاعلن

واللا	تقيموصا	غرينر	رؤسا
فعولن	مفاعيلن	فعولن	فعولن

Arudam hîc ut in præcedentibus Kabdatam cernis, Darbam verò Hadhfatam: nam in رؤسا (cui in fcanfione refpondet فعولن per Hadhfam pro مفاعيلن) fecunda mota eft Hamza, ejufdem poteftatis cum Elif, vocali Damma elata, quam fequitur, quiefcens. *AlAchfafh* Darbam quartam ponit Kafratam, مفاعيلْ fc. pro مفاعيلن, alia etiam de Arudis & Darbis tradit, quæ hîc prætermittere vifum eft.

Zehafa

Zehafa hujus generis eſt Kabda in quolibet فعـولـن, niſi fuerit Darba, eadem etiam & Caffa in quolibet مفاعيلـن exceptâ iterum Darbâ: nam ut verſus à litera mota inchoari, ita quieſcente ſemper terminari debet; Kabda verò ex فـعـولـن, & Caffa ex مفـاعـيلـن quieſcentem finalem aufert; مفاعيلن denique Darbæ primæ ſi Kabdam admitteret, cum ſecunda confunderetur. Obſervat *Abu Iſaac Azzajjaj'* فعولن illud quod Darbam tertiã præcedit rarò ſanum venire; eò quòd ſic nihil eſſet ei à pede ſequente diverſi, cùm tamen pedum diverſitas præcipua ſit hujus circuli proprietas, eaque de cauſa plerunque eam Kabdari: hinc in præcedenti exemplo quidam legunt روسا ſine articulo ال, quò pes præcedens فعولن quieſcente ſuâ finali deſtitutus ad فعول redigatur. Obtinet etiam Thalma & Tharma in Sadra: eſtque Moakaba inter literas ى & ن مفـاعيلـن; quæ ſi ambæ ſimul exciderent, ſequeretur Dirimens majus in duobus pedibus, quod illicitum.

Exemplum versûs Kabdati.

أقطلب من أسون بيشة دوده
أبو مطر وعامر وابو سعد،

Scansio ejus.

أقطل | بمناسو | دبيش | كدودهو
فعول | مفاعلن | فعول | مفاعلن

أبوم | طرنوعا | مرنو | أبوسعدي
فعول | مفاعلن | فعول | مفاعيلن

Singuli hîc pedes Kabdati veniunt excepta Darba أبوسعد, quæ licet in fine quiescentem non habeat, intelligitur tamen ي post vocalem homogeneam Cesram, uti etiam و post Dammam in fine vocis دوده, Arudæ locum habentis; utramque in scansione expressam vides. Non abs re erit hîc observare discrimen inter Arudam & reliquos ejusdem mensuræ pedes in eo esse quod Kabda
his

his licita tantùm sit, illi planè necessaria. In genere verò notandum, hujusmodi quicquam sibi præ aliis pedibus peculiare habentem Arudam vocari فصل Fasson *distinctionem*, sive in excessu fuerit, ut فاعلاتن Aruda Darbæ sextæ Carminis Brevis, sive in defectu, ut hîc.

Exemplum versus Thalmati Caffati.

شاقتك أحداج سليمى بعاقل

فعيناك للبين تجودان بالدمع ❖

Scansio eius.

شاقتك | كاحداج | سليمـــــي | بعاقلن

فعلن | مفاعيل | فعولن | مفاعلن

فعينا | كللبين | تجودا | نبدّمعي

فعولن | مفاعيل | فعولن | مفاعيلن

Sadra est فعلن per Thalmam pro فعولن.

Exemplum

Exemplum verſus Tharmati.

هَاجَكَ رَبْعٌ دَارِسُ ٱلرَّسْمِ بِٱللِّوَى

لِأَسْمَاءَ عَفَّى آيَهُ ٱلْمُورُ وَٱلْقَطْرُ

Scanſio eius.

هَاجَ | كَرَبْعُنْ دَا | رِسُرْرَسْ | مِبِلْلِوَا

فعل | مفاعيلن | فعولن | مفاعلن

لِأَسْمَا | أَنْعَفْفَا اا | يُهُلْمُو | رُولْقَطْرُو

فعولن | مفاعيلن | فعولن | مفاعلين

Pro فُعْلُنْ, quod in priori exemplo, hîc Sadra eſt فعل relictum ex فعولن per Tharmam.

CAP. VII.

De Carmine المديد *Almadido, ſeu* Extenſo.

SEcundo loco venit carmen المديد *Extenſum*, cui indè nomen quod chordæ in eo ita

ita extendātur, ut singuli paxilli duabus chordis interpositi sint. Ejus mensura primitiva, juxta ea quæ suprà tradita, est فاعلاتن فاعلن quater; sed usus constanter obtinuit, ut, pede à fine utriúsque hemistichii ablato, ex octonaria ad senariam mensuram reducatur. Arudas habet tres, Darbas verò sex. Aruda prima Integra est, unicam habens Darbam etiam Integram. Aruda secunda Hadhfata tres habet Darbas; primam Kasratam, secundam Hadhfatam, tertiam Batratam. Aruda tertia Hadhfata Chabnata duas habet Darbas; unam Hadhfatam Chabnatam, alteram Batratam.

Exemplum Darbæ ejus primæ.

يَا لَبَكْرٍ أَنْشِرُوا لِي كُلَيْبًا

يَا لَبَكْرٍ أَيْنَ أَيْنَ ٱلْفِرَارُ

Scansio ejus.

يَا لَبَكْرِنْ | أَنْشِرُو | لِي كُلَيْبًا

فَاعِلَاتُنْ | فَاعِلُنْ | فَاعِلَاتُنْ

يَا لَبَكْرِنْ | أَيْنَأَيْ | نَلْفِرَارُو

فَاعِلَاتُنْ | فَاعِلُنْ | فَاعِلَاتُنْ

Sex

Sex pedes omnes integros hîc vides.

Exemplum Darbæ secundæ.

لا يغرّنّ امرأً عيشةٌ

كلّ عيشٍ صائرٌ للزوال

Scansio ejus.

لا يغررن | نمرأن | عيشتن

فاعلاتن | فاعلن | فاعلن

كللعيشن | صائرن | للزوال

فاعلاتن | فاعلن | فاعلان

Aruda hîc est فاعلن, Darba فاعلان, utrumq; pro فاعلاتن, illud per Hadhfam, hoc per Kasram.

Exemplum Darbæ tertiæ.

اعلموا أنّي لكم حافظٌ

شاهدًا ما كنتُ أو غائبا

Scansio

Scansio ejus.

اعلموان	ديلكم	حافظن
فاعلاتن	فاعلن	فاعلن
شاهدتما	كنت او	غايبن
فاعلاتن	فاعلن	فاعلن

Et Aruda & Darba hic est فاعلن per Hadhfam pro فاعلاتن.

Exemplum Darbæ quartæ.

انما النلفاء ياقوتة

اخرجت من كيس دهقان

Scansio ejus.

اننمننل	فاايا	قوتتن
فاعلاتن	فاعلن	فاعلن
اخرجتمن	كيسدة	قاني
فاعلاتن	فاعلن	فعلن

Darba Batrata est فعلن pro فاعلاتن.

Exem-

Exemplum Darbæ quintæ ex *Tarfa.*

لِلْفَتَى عَقْلٌ يُعِيشُ بِهِ

حَيْثُ تَهْدِي سَاقَهُ قَدَمُهْ

Scansio ejus.

شْ بِهِي	لُنْ يُعِــي	لِلْفَتَى عَقْ
فَعِلُن	فَاعِلُن	فَاعِلَاتُن

قَدَمُهْ	سَاقَهُو	حَيْثُ تَهْدِي
فَعِلُن	فَاعِلُن	فَاعِلَاتُن

Tam Aruda hîc quàm Darba est فَعِلُن pro فاعلاتن, ablatâ chordâ levi à fine per Hadhfam, elisâ insuper prima quiescente per Chabnam; quæ in hoc usu Ella habenda est, non Zehafa, ut suprà de Kabda observavimus. Notetur affixum ه vocalem suam abjicere, quod in sequentibus exemplis subinde fieri videbimus.

Exemplum

Exemplum Darbæ ſextæ.

وَرُبَّ نَارٍ بِتُّ أَرْمُقُهَا
تَقْضِمُ الهِنْدِيَّ وَالغَارَا

Scanſio ejus.

مُقُهَا	بِتُّ أَرْ	وَرُبْبَنَارِن
فعلن	فاعلن	فاعلاتن
غَارَا	دِيْيُوَل	تَقْضِمُلْهِن
فعلن	فاعلن	فاعلاتن

Aruda in hoc ut in præcedente exemplo eſt فَعِلُنْ, Darba verò Batrata فَعْلُنْ:

Sexta hæc & quinta ab *AlCeſanio* referuntur ad carmen البسيط, abjecto مستفعلن ab initio, & ſcanſâ hâc per فاعلن مستفعلن فَعِلُنْ, illâ per فاعلن مستفعلن فَعْلُنْ: ſed hoc abſque neceſſitate.

Zehafa hîc eſt Chabna in omni فاعلن

فاعلن quæ non fuerit Aruda vel Darba; ut & in omni فاعلاتن, ſicut etiam Caffa & Shacla præterquam in Darba. Inter ن فاعلاتن & ا فاعلن vel فاعلاتن ſequentis fit Moákaba, adeò ut nunquam ſimul excidant: nam ut pes Chabnatus ſit, & qui eum præcedit Caffatus, aut contrà Caffatus & qui ſequitur Chabnatus, ad evitandum Dirimens majus in duobus pedibus, non permittitur; unde colligi poteſt ا فاعلاتن ultimi ſemper eliſidi poſſe, cum ن præcedentis فاعلن nunquam abjiciatur. Chabnam in فاعلاتن nonnulli non admittendam ſtatuunt, alii contrarium aſſerunt hac Poetæ authoritate nixi,

كنت أخشى صرف تلك النوى

فرماني سهمها فأصاب

Exemplum verſus Chabnati.

ومعي ما بع منك كلاما

بتكلم فيعجبك بعقل

Scanſio

Scansio ejus.

وَمَتَى مَا | يَعِمِن | كَكَلاَمِن
فعلاتن | فعلن | فعلاتن

يَتَكَلَّمْ | فَيُجِبْ | كَبِعَقْلِن
فعلاتن | فعلن | فعلاتن

Omnes pedes ejus Chabnatos vides.

Exemplum versûs Caffati.

لَنْ يَزَالَ قَوْمُنَا مُخْصِبِينَ
صَالِحِينَ مَا ٱتَّقَوْا وَٱسْتَقَامُوا

Scansio ejus.

لَنْيَزَالُ | قَوْمُنَا | مُخْصِبِينَ
فاعلات | فاعلن | فاعلات

صَالِحِينَ | مَتْتَقَوْ | وَسْتَقَامُو
فاعلات | فاعلن | فاعلاتن

Ex quolibet فاعلاتن, exceptâ Darbâ, ul-

timâ quieſcente per Caſſam rejectâ fit فاعلاتُ.

Ex emplum verſûs Shaclati.

لِمَنِ الدِّيَارُ غَيَّرَهُنَّ
كُلُّ جَوْنِ الْمُزْنِ دَانِي الرَّبَابِ

Scanſio ejus.

لِمَنِدْ	يَارُغَيْ	يَرَهُنْنَ
فَعِلَاتُ	فَاعِلُن	فَعِلَاتُ
كُلْلُجَوْنِلْ	مُزْنِدَا	نِرْرَبَابِي
فَاعِلَاتُن	فَاعِلُن	فَاعِلَاتُن

Pro فاعلاتن Sadra eſt فَعِلَاتُ per Shaclam, in quo etiam eſt Moákaba reſpectu ſequentis, in proximo exemplo eſt Moákaba utriuſque extremi.

لَيْتَ شِعْرِي هَلْ لَنَا ذَاتَ يَوْمٍ
بِجُنُوبِ فَارِعٍ مِنْ تَلَاقِي

Scanſio

Scansio ejus.

ن اذيومن	هل لنا	ليت شعري
فاعلاتن	فاعلن	فاعلاتن
منتلاقي	فارعن	بجنوب
فاعلاتن	فاعلن	فعلات

CAP. VIII.

De Carmine البسيط Albasito, seu *Expanso.*

TErtium & ultimum primi Circuli genus est carmen البسيط, *Expansum*; ita dictum, quod in principio pedum ejus chordæ, in fine paxilli extendantur, cujus mensura est مستفعلن فاعلن quater. Versus modò octonarius modò senarius in usum venit: in quo diversitatis (quæ hujus circuli præcipua est passio) quiddam à prioribus observari potest, cùm pedum diminutio, quæ hîc licita est, in carmine Extenso necessaria sit, in Longo verò omnino prohibita. Versus Octonarius Arudam unicam habet Chabnatam, Darbas vero duas, Chabnatam primam,

mam, Kat'atam alteram, adeóque literarum ſuarum numerum integrum nunquam ſervat. Senario duplex eſt Aruda; prima integra, cui tres ſunt Darbæ; una Dhailata, altera Nuda, tertia Kat'ata: Aruda ſecunda Kat'ata unicam habet Darbam pariter Kat'atam. Ultima hæc verſûs ſpecies, Arudam & Darbam ſimul Kat'atas habens vocatur مُخَلَّعٌ Mochállaon, *Tralata.* Aruda Kat'ata, ut *AlChalilo* placet, non conjungitur niſi cum Darba Kat'ata, ſed *AlCeſani* adductis Poetarum exemplis contrarium aſſerit.

Exemplum Darbæ primæ verſûs Octonarii, è *Zahiro.*

يا حارِ لا أُرمَيَنْ منكم بداهية

لم يلقها سوقة قبلي ولا ملك

يا حارلا	أرمين	منكمبدا	هيتن
مستفعلن	فاعلن	مستفعلن	فعلن

لم يلقها	سوقتن	قبلي ولا	ملكو
مستفعلن	فاعلن	مستفعلن	فعلن

Chabna

Chabna hîc in Aruda & Darba, quibus necessaria est, id eò Zehafa esse desinit, ac Ellæ naturam assumit; quod de eadem in Carmine Extenso, & de Kabda in Longo jam monuimus: quæ porro sunt hujusmodi in sequẽtibus, studiosis observanda relinquimus.

Exemplum Darbæ ejus secundæ.

قَدْ أَشْهَدُ ٱلْغَارَةَ ٱلشَّعْوَاءَ تَحْمِلُنِي

جَرْدَاءُ مَعْرُوقَةُ ٱللَّحْيَيْنِ سُرْحُوبُ ⁘

Scansio ejus.

مِلُنِي	شَعْوَاءَتَحْ	غَارَتَشْ	قَدْ أَشْهَدُلْ
فَعِلُنْ	مستفعلن	فاعلن	مستفعلن
حُوبُو	لَحْيَيْنِ سُرْ	رُوقَتُلْ	جَرْدَاءُ مَعْ
فعْلن	مستفعلن	فاعلن	مستفعلن

Exemplum Darbæ primæ Senarii.

إِنَّا ذَمَمْنَا عَلَى مَا خَيَّلَتْ

سَعْدَ بْنَ زَيْدٍ وَعَمْرًا مِنْ تَمِيمِ ⁘

 Scansio

Scansio ejus.

مَا خُبَيْلَتْ	دَاعَلَيْ	اَثْنَانُهُمْ
مستفعلن	فاعلن	مستفعلن
رَنْمُنْتَمِيمْ	هُكُوعَسْمْ	سَعْنُ بَنْزِي
مستفعلان	فاعلن	مستفعلن

Darba hæc مستفعلان, litera quiescente in fine aucta, est pro مستفعلن per Edhálam seu Dhailam, unde nobis Dhailata dicitur. Hujusmodi Darba, aliquid sibi præ reliquis pedibus peculiare habens, (sive fuerit in excessu, ut hîc, sive in defectu, ut فُعْلُنْ Darba tertia carminis Perfecti) appellatur غايةٌ Gáyáton, *Extremitas.*

Exemplum Darbæ ejus secundæ.

مَا نَا وُقُوفِي عَلَى رَبْعٍ عَفِي

مُخْلَوْلِقٍ دَارِسٍ مُسْتَعْجِمِ

Scansio

Scansio ejus.

مَا نَاوُقُو | فِيعُذَّبِي | رُبْعِنْعُفِي
مستفعلن | فاعلن | مستفعلن

مُخْلُوْلِقُن | نَارِهُن | مُسْتَعْجِمِن
مستفعلن | فاعلن | مستفعلن

Exemplum Darbæ ejus tertiæ.

سِيرُوا مَعًا إِنَّمَا مِيعَادُكُمْ
يَوْمَ ٱلثَّلَاثَاءِ بَطْنُ ٱلْوَادِي

Scansio ejus.

سِيرُومَعًا | اِنْنَمَا | مِيعَادُكُم
مستفعلن | فاعلن | مستفعلن

يَوْمُثْثُلَا | ثَا ابَطْ | نُلْوَادِي
مستفعلن | فاعلن | مفعولن

Exemplum Darbæ ejus quartæ, ſive verſus tralati.

مَا هَيَّجَ ٱلشَّوْقَ مِنْ أَطْلَالِ

أَضْحَتْ قِفَارًا كَوَحْيِ ٱلْوَاحِي

أَطْلَالِي	شَوْقَمِنْ	مَاهَيْيَجَشْ
مفعولن	فاعلن	مستفعلن
يِلْوَاحِي	رَنْكَوَحْ	أَضْحَتْقِفَا
مفعولن	فاعلن	مستفعلن

In hoc carminis genere Zehafa eſt in quolibet مستفعلن ſeu مستفعلان Chabna & Taya & Chabla; ſed, ut *AlChalilo* placet, Chabla illicita eſt in Aruda carminis Jazati ſive Senarii: licita etiam eſt Chabna in quolibet فاعلن ſeu مفعولن.

Exemplum verſus Chabnati.

لَقَدْ خَلَتْ حِقَبٌ صُرُوفُهَا عَجَبٌ

فَأَحْدَثَتْ غِيَرًا وَأَعْقَبَتْ دُوَلَا

Scanſio

Scansio ejus.

لقد مضت | حقبن | صروفها | عجبن
مفاعلن | فعلن | مفاعلن | فعلن

فأحدثت | غيرن | وأعقبت | دولن
مفاعلن | فعلن | مفاعلن | فعلن

Exemplum versus Tayati.

ارتحلوا غدوة فانطلقوا بكرا
في زمر منهم يتبعها زمر

Scansio ejus.

ارتحلو | غدوتن | فانطلقو | بكرن
مفتعلن | فاعلن | مفتعلن | فعلن

فيزمرن | منهمو | يتبعها | زمرن
مفتعلن | فاعلن | مفتعلن | فعلن

Quatuor pedes hîc habentur Tayati.

Exemplum

Exemplum versus Chablati.

وَزَعَمُوا أَنَّهُمْ لَقِيَهُمْ رَجُلْ
فَأَخَذُوا مَالَهُ وَضَرَبُوا عُنُقَهُ ∴

Scansio ejus:

رَجُلُنْ	لَقِيَهُمْ	أَنْنَهُمْ	وَزَعَمُو
فعلن	فعلتن	فاعلن	فعلتن

عُنُقَهْ	وَضَرَبُو	مَالَهُو	فَأَخَذُو
فعلن	فعلن	فاعلن	فعلتن

Exemplum versus Senarii Chabnati Dhailati.

قَدْ جَاءَكُمْ أَنَّكُمْ يَوْمًا اذَا
مَا نُقِمُّ الْمَوْتُ سَوْفَ تُبْعَثُونْ

Scansio ejus.

يَوْمَنْ اذَا	أَنْنَكُمْ	قَدْجَاءَكُمْ
مستفعلن	فاعلن	مستفعلن

مانقتمل

مَانْفِتَمُلْ | مُتَنَسُّو | فَتَبْعَتُونْ

مستفعلن | فاعلن | مفاعلان

Exemplum versûs Tayati Dhailati.

يَا صَاحِ قِفْ أُخْلِقَتْ أَسْمَاءُ مَا

كَانَتْ تُمَنِّيكَ مِنْ حُسْنٍ وِصَالْ ❖

Scansio ejus.

يَاصَاحِقِفْ | أُخْلِقَتْ | أَسْمَاءُ مَا

مستفعلن | فاعلن | مستفعلن

كَانَتْتُمَنْ | نِيكَمِنْ | حُسْنُوِصَالْ

مستفعلن | فاعلن | مفتعلان

Exemplum versûs Chablati Dhailati.

هَذَا مُقَامِي قَرِيبًا مِنْ أَخِي

كُلُّ امْرِءٍ قَائِمٌ مَعْ أَخِهِ ❖

Scansio

Scansio ejus.

هُنَا مُغْنَا | مِيغُرِي | بُنَمِنَاخِي
مفاعلن | فاعلن | مستفعلن

كُلَلْمْرَاق | قَابُمْن | مُغَاخِيَة
مستفعلن | فاعلن | فعلتان

Exemplum versus tralati Chabnati, seu Cablati.

أَصْبَحْتُ وَٱلشَّيْبُ قَدْ عَلَانِي
يَدْعُو حَثِيثًا إِلَى ٱلْخِضَابِ

Scansio ejus.

أَصْبَحْتُوش | شَيْبُقَدْ | عَلَانِي
مستفعلن | فاعلن | فعولن

يَدْعُوحَثِي | ثَنْالَلْ | خِضَابِي
مستفعلن | فاعلن | فعولن

Si quis jam Zehafarum omnium, quæ in hisce tribus carminum generibus reperiuntur,

tur, inter se comparationem instituere velit, plurimas earum nominibus solùm diversas, re ipsa, circuli totius ratione habita, planè easdem esse inveniet; quod hoc modo demonstratur. Kabda utriusque pedis carminis Longi, recidit in Shaclam Extensi: cùm enim initium Extensi, seu primi pedis ejus فاعلاتن prima chorda levis cum ultima chorda levi pedis quinqueliteri فعولن carminis Longi in circulo coincidat, (quod Schema superius positum intuenti facilè patebit) perinde erit an ex illo secunda quiescens per Chabnam, an ex hoc quinta per Kabdam abjiciatur; eâdem ratione septima quiescens dicti pedis فاعلاتن, cum quintâ sequentis pedis carminis Longi مفاعيلن eundem in circulo locum occupare deprehendetur, ac proinde Caffam illius Kabdæ hujus respondere; ex Chabna autem & Caffa simul junctis fit Shacla, unde constat propositum. Pari methodo (quod studiosorum examini relinquimus) Kabdam utriusque pedis carminis Longi in utriusque pedis Expansi Chabnam recidere ostendi potest; item Caffam Longi, in Chabnam pedis quinqueliteri carminis Extensi, & Tayam Expansi; Chabnam utriusq; pedis carminis Ex-

Extensi, in Tayam septiliteri, Chabnam verò quinqueliteri carminis Expansi; Cassam denique Extensi, in Chabnam pedis septiliteri Expansi.

Locus hic postulat ut de carmine Tograï, quod nunc damus, nonnihil dicatur: pertinet enim illud ad genus Expansum, & quidem ad primam ejus speciem, quæ Arudam & Darbam pariter Chabnatas habet, hac mensura, مستفعلن فاعلن مستفعلن فعلن، مستفعلن فاعلن مستفعلن فعلن.

Ea in versu ejus secundo exactè observatur, cujus hæc est scansio:

مَجْدِيأَخِي رَنْوَمَجْ دِيأَوْوَلَنْ شَرَعُنْ

وَشْشَمْسُرَأْ دَضْضُحَا كَشْشَمْسِفِطْ طَفَلِي

Nec quenquam movere debet quòd litera quiescens in fine versus nulla cernatur, quam hîc in Scansione exhibuimus, cùm versus quiescente terminari semper intelligatur; quæ, pro ratione vocalis ultimæ, est vel ا, vel ي, vel و, ut suprà aliquoties dictum.

Zehafam in toto carmine haud aliam præter

præter Chabnam reperire eſt, cuius exemplum primi verſus pes primus exhibet; ubi literâ ſecundâ quieſcente eliſâ pro مستفعلن habetur مفاعلن, ut hæc ſit eius ſcanſio:

أَصَالَتُرْ رَأْيِصَا تَتْنِيعَلْ خَطَايِ

وَحِلْيَةُلْ فَضْلُزَا تَتْنِيلُنْ عُطَلِي

Literas و & ي quieſcentes, etiam in medio verſus, poſt affixum ه latentes aliquoties deprehendimus, ut in verſu quarto مَقْتَلَهُ, ubi verſus poſtulat مَقْتَلَهُو: ne quis autem Tayam ſubeſſe ſuſpicetur ratio duplex eſt; prima, quòd ea non aliàs in toto poemate (quod obſervare licuit) occurrat; altera, quod hoc ſæpius accidat ubi Tayæ non eſt locus, ut v. 10. دمثله v. 38. لَعِدَّه, (ſi eam lectionem ſequamur) & لعينه v. 45. أَقْرَانَهُ & مِنْ قبله v. 54. شَكَّه. in quibus omnibus vel Caſſa, contra huius verſus leges, admittenda eſt, vel quieſcens in fine ſubintelligenda.

Finales م & ي quieſcentes in affixis هم & ي

ى, postulante id metro, vocales assumunt; illa, pro vocali præcedente, Dammam vel Cesram, post quas literæ quiescentes homogeneæ و & ي plerumque delitescunt, hæc Fatham: ut يبوّؤهم v. 25. نقضّهم v. 38. & alia hujusmodi, نفسي v. 41: علادي v. 46.

Monendum præterea legendum esse v. 50. pro أو تكن (quod versus non fert) وتكن idque ex MSS. fide, uti seriùs (operis typographicis jam absolutis) deprehendimus; ideóque in versione pro *aut esto* supponendum *& esto*. In aliis summa cum religione leges carminis ubique observantur. Mirari autem satis nequeo (ut hoc obiter adjiciam) cujusdam temeritatem, qui, Poeseos Arabicæ doctrinâ explicandâ satis infeliciter sibi susceptâ, affirmare ausus est se diligenter observâsse in Carmine Tograi eum in quolibet hemistichio posuisse 14 consonantes mobiles & 10 quiescentes. De motis verum est; cùm enim quodlibet hemistichium 14 syllabis constet, singulis verò syllabis literam motam inesse necesse sit, totidem motas hemistichium habere liquet. De quiescentibus etiam verum esset, si mensura

hujus

hujus بحر *Maris*, (ut loquuntur *Arabes*) ſeu carminis generis فاعلن مستفعلن integra ſervaretur; ſed cùm Aruda & Darba, ex legibus jam poſitis, per totum Poema Chabnatæ ſint, i. e. quieſcente ſecundâ privatæ, neceſſe eſt ut in quovis hemiſtichio una ſaltem litera ex hoc numero decedat: præterea cùm in reliquis etiam pedibus Chabna ſit licita, fieri poteſt ut vel una vel duæ vel etiam tres præterea quieſcentes ex dicto numero deſiderentur; ut in verſu quinto, in cujus utrolibet hemiſtichio haud plures quàm ſex, vel (ſi in fine vocis الميّة utrobique ي quieſcens latere concipiatur) ad ſummum ſeptem quieſcentes habentur.

CAP. IX.

De Carmine الوافر Alwáfero, ſeu *Exuberante*.

ABſoluto jam ope Divinâ circulo primo, eâdem freti ſecundum aggredimur; cujus primum genus eſt الوافر *Exuberans*, ob literarum ejus motarum copiam ſic appellatum: quippe quòd ex 42 literis, quæ totum

ejus circuli ambitum complent, 30 motæ sint; vel, quod eodem recidit, in singulis ejus pedibus septiliteris quinque dentur literæ motæ.

Hujus Carminis mensura ex pede مفاعلتن sexies repetito constat: ea autem (quoad pedum suorum numerum) aliquando integra servatur, aliàs detracto ex utróque hemistichio pede minuitur; unde versus hujus generis alii sunt senarii, alii quaternarii. Senario Aruda unica est Katfata, Darbam habens sibi similem. Quaternario itidem Aruda est unica sana, cui Darbæ competunt binæ, prima sana, altera Asbata.

8.

Exemplum versus Senarii, ex *Amrio'l-Kaiso.*

لَنَا غَنَمٌ نُسَوِّقُهَا غِزَارٌ

كَأَنَّ قُرُونَ جِلَّتِهَا العِصِيُّ

Scansio ejus.

لناغنمن	نسوقها	غزارن
مفاعلتن	مفاعلتن	فعولن
كأنقرو	نجلتهن	عصيو
مفاعلتن	مفاعلتن	فعولن

Exemplum

Exemplum Darbæ primæ quaternarii.

لَقَدْ عَلِمَتْ رَبِيعَةُ أَنَّ   حَبْلَكَ وَاهِنٌ خَلَقُ

Scanſio ejus.

لَقَدْ عَلِمَتْ | رَبِيعَتُأَنْ | نَحَبْلُكَوَا | هِنُنْخَلَقُو
مُفَاعَلَتُنْ | مُفَاعَلَتُنْ | مُفَاعَلَتُنْ | مُفَاعَلَتُنْ

Obſervetur particulam أَنَّ diſſyllabam hîc ita dividi, ut ſyllaba ejus una ad hemiſtichium prius, altera ad poſterius pertineat.

Exemplum Darbæ ejus ſecundæ.

أُعَاتِبُهَا وَآمُرُهَا   فَتُغْضِبُنِي وَتَعْصِينِي

Scanſio ejus.

أُعَاتِبُهَا | وَأَامُرُهَا | فَتُغْضِبُنِي | وَتَعْصِينِي
مُفَاعَلَتُنْ | مُفَاعَلَتُنْ | مُفَاعَلَتُنْ | مُفَاعِيلُنْ

Zehafa ejus in quolibet مُفَاعَلَتُنْ, excepto eo quod Darbæ locum tenet, eſt Aſba, & Akla, & Nakſa, ſed ex *AlChalili* ſenten-

tia

tia Akla non habet locum in Aruda quaternarii: Sadra variè afficitur, cùm aliàs Adbata, aliàs Akſata, aliàs Jammáta veniat. Inter ي denique & ن pedis Aſbati مفاعيلن eſt Moákaba.

Exemplum verſus Asbati.

اذا لم تستطع شيئا فدعه

وجاوزه الى ما تستطيع

Scanſio ejus.

اذا لمتس | تطعشيأن | فدعهو

مفاعيلن | مفاعيلن | فعولن

وجاوزهو | الى ماتس | تطيعو

مفاعيلن | مفاعيلن | فعولن

Exemplum verſûs Aklati.

منازل لفرتنا قفار

كانما رسومها سطور

Scanſio

Scansio ejus.

مُنَازِلُـمَنْ | لِلْفَرْتَنَــا | قَنَفَــارُنْ
مفاعلن | مفاعلـــن | فعولـــن

كَانَنَهَـا | رُسُومُهَـا | سُطُـورُنْ
مَفَاعِلُنْ | مفاعلـن | فعولـن

Exemplum versûs Naksati.

لِسَلاَمَــةَ دَارٌ بِحَفِيــرِ

كَبَاقِي الخَلِقِ السَّحْقِ قِفَارُهُ

Scansio ejus.

لِسَلاَمَ | تُدَارُنْ بِ | حَفِيـرِنْ
مُفَاعِيلُ | مفاعيـلُ | فعولـن

كَبَاقِلْخَ | لَقِسْسَحْـقِ | قِفَـارُو
مفاعيلُ | مفاعيلُ | فَعولن

Exemplum verſus Adbati.

اِنْ دَرَكَ الشِّتَآءُ بِدَارِ قَوْمٍ

تَجَنَّبَ جَارُ بَيْتِهِمِ الشِّتَآءُ

Scanſio ejus.

اِنْدَرَكَشْ | شِتَاأُ بِدَا | رِقَوْمِنْ

مُفْتَعِلُن | مُفَاعَلَتُن | فَعُولُن

تَجَنْنَبَجَا | رُبَيْتِهِمِشْ | شِتَااُو

مُفَاعَلَتُن | مُفَاعَلَتُن | فَعُولُن

Exemplum verſûs Kaſmati.

مَا قَالُوا لَنَا هَدَدًا وَلَكِنْ

تَفَاحَشَ أَمْرُهُمْ وَأَتَوْا بِهُجْرِ

Scanſio ejus.

مَا قَالُو | لَنَا هَدَدَنْ | وَلَاكِنْ

مَفْعُولُن | مُفَاعَلَتُن | فَعُولُن

تفاحشام

تَفَاحَشَامْ | رُهُمُوَاذَسُو | بُهُجْرِي

مفاعلتن | مفاعلتن | فعولن

Exemplum verſus Akſati.

لَوْلَا مَلِكٌ رَؤُفٌ رَحِيمٌ

تَدَارَكَنِي بِرَحْمَتِهِ هَلَكْتُ

Scanſio ejus:

لَوْلَامَ | لِكُنْرَؤُفُنْ | رَحِيمُنْ

مفعول | مفاعلتن | فعولن

تَدَارَكَنِي | بِرَحْمَتِهِي | هَلَكْتُو

مفاعلتن | مفاعلتن | فعولن

Exemplum verſus Jammati.

أَنْتَ خَيْرُ مَنْ رَكِبَ الْمَطَايَا

وَأَكْرَمُهُمْ أَبًا وَأَخًا وَأُمَّا

Scansio ejus.

أَتَتْخِي | رُمُنْرَكِبَلْ | مُطَايَا

فاعلن | مفاعلتن | فعولن

وَأَكْرَمُهُمْ | أَبْنُوْا دَمِنْ | وَأَمْمَنْ

مفاعلتن | مفاعلتن | فعولن

CAP. X.

De Carmine الكامل AlCamelo, seu *Perfecto.*

SEcundi Circuli carminis genus secundum est الكامل *Perfectum*, ob perfectionem pedum suorum, quam nonnunquam obtinet, ita dictum; vel quod in aliquo ejus versu pes متفاعلن perfectè veniat oportet, quo ab aliis generibus distinguatur: eo autem sexies repetito mensura ejus absolvitur. Versus ejus, ut præcedentis generis, vel senarii sunt vel quaternarii.. Senario Arudæ sunt duæ; altera Sana, cui Darbæ sunt tres, prima Sana, secunda Kat'ata, tertia Hadhdhata Damrata; alii (præter *AlChalilum* & *AlAchfashum*) quartam addunt Hadhdhatam,

quæ

quæ si admittatur, ante tertiam Hadhdhatam Damratam ponenda erit. Aruda secunda Hadhdhata est; cui duæ competunt Darbæ, prima Hadhdhata, secunda Hadhdhata Damrata. Quaternario Aruda unica est sana, cui Darbæ quatuor, Raflata, Dhailata, Nuda, & Kat'ata.

Exemplum Darbæ primæ senarii.

وَاذَا صَحَوْتُ فَمَا أُقَصِّرُ عَنْ نَدَى

وَكَمَا عَلِمْتِ شَمَائِلِي وَتَكَرُّمِي

Scansio ejus.

صِرُعَنْنَدَنْ	تُفَمَا أُقَصْ	وَاذَا صَحَوْ
مُتَفَاعِلُنْ	مُتَفَاعِلُنْ	مُتَفَاعِلُنْ
وَتَكَرْرُمِي	تَشَمَائِلِي	وَكَمَا عَلِمْ
مُتَفَاعِلُنْ	مُتَفَاعِلُنْ	مُتَفَاعِلُنْ

Versus hic undiquaque, tum quoad pedes tum quoad literas, integer est; cùm in genere præcedente dentur versus quoad pedes quidem sed non quoad literas integri.

Exemplum

Exemplum Darbæ ejus ſecundæ.

وَإِذَا دَعَوْنَكَ عَمَّهُنَّ فَإِنَّهُ

نَسَبٌ يَزِيدُكَ عِنْدَهُنَّ خَبَالَا

Scanſio ejus.

نَفَإِنْنَهُو	نَكَعَمْمَهُنْ	وَإِذَادَعُو
مُتَفَاعِلُنْ	مُتَفَاعِلُنْ	مُتَفَاعِلُنْ
دُخَبَالَنْ	دُكَعِنْدَهُنْ	نَسَبُنْيَزِي
فَعِلَاتُنْ	مُتَفَاعِلُنْ	مُتَفَاعِلُنْ

Exemplum Darbæ ejus tertiæ.

لِمَنِ ٱلدِّيَارُ بِرَامَتَيْنِ فَعَاقِلِ

دَرَسَتْ وَغَيَّرَ آيَهَا ٱلْقَطْــــــرُ

Scanſio ejus.

نِفَعَاقِلِنْ	رُبِرَامَتَيْ	لِمَنِدْدِيَا
مُتَفَاعِلُنْ	مُتَفَاعِلُنْ	مُتَفَاعِلُنْ

دَرَسَتْوَغَيْ

قُطْرُو	بِرَاايْهَل	تَرَسْتَوْغَي
فَعْلن	مُتفاعلن	متفاعلن

Exemplum Darbæ ejus quartæ.

دِمَنٌ عَفَتْ وَمَحَا مَعَارِفَهَا
هَطِلٌ أَجَشُّ. وَبَارِحٌ تَرِبُ ❖

Scansio ejus.

رِفَهَا	وَمَحَامَعَا	دِمَنُنْ عَفَتْ
فَعِلن	متفاعلن	مَتفاعلن

تَرِبُو	شُوَبَارِحُنْ	هَطِلُنْ أَجَشْ
فَعِلن	متفاعلن	متفاعلن

Exemplum Darbæ ejus quintæ.

وَلَأَنْتَ أَشْجَعُ مِنْ أُسَامَةَ اِذْ
دُعِيَتْ نَزَالِ وَلُجَّ فِي ٱلذُّعْرِ ❖

Scansio

Scansio ejus.

وَلَاذَتَمَاشْ | جَعُهُنْسَانُسَا | مُسْعَانْ

معفاعلن | معفاعلن | فعلن

تُعَيِّتَمَزَا | لُوَتَجْعَفَنْ | نُعْرِي

معفاعلن | معفاعلن | فعلن

Exemplum Darbæ primæ quaternarii.

وَلَقَدْ سَبَقْتَهُمْ إِلَيَّ

فَلِمْ نَزَعْتَ وَأَنْتَ آخِرْ

Scansio ejus.

وَلَقَدْ سَبَقْ | تَهُمُو إِلَيّ | يَ فَلِمْ نَزَعْ | تَوَأَنْتَ آخِرْ

معفاعلن | معفاعلن | معفاعلن | معفاعلاتن

Eadem hîc obſervatio quæ in verſu Darbæ primæ quaternarii generis præcedentis; cernis enim ultimam ſyllabam dictionis الي ad hemiſtichium poſterius referri, cùm reliquâ ejus parte claudatur prius. Notetur etiam literam م in affixo هم vocalem Dammam adſciſcere, poſt eam verò literam و quieſcentem

quiescentem latere, juxta ea quæ paulo suprà tradidimus, ubi de carmine Tograï verba fecimus.

Exemplum Darbæ ejus secundæ.

جُنَّتْ يَكُونُ مُقَامُهُ

أَبَدًا بِمُخْتَلَفِ ٱلرِّيَاحْ

Scansio eius.

تَلَفِرْرِيَاحْ	أَبَدَنْ بِمُخْ	نُ مُقَامُهُو	جُنْنَتْ يَكُو
مُتَفَاعِلَانْ	مُتَفَاعِلُنْ	مُتَفَاعِلُنْ	مُتَفَاعِلُنْ

Exemplum Darbæ ejus tertiæ.

وَإِذَا ٱفْتَقَرْتَ فَلَا تَكُنْ

مُتَخَشِّعًا وَتَجَمَّلِ

Scansio ejus.

وَتَجَمْمَلِي	مُتَخَشْشِعَنْ	تَفَلَا تَكُنْ	وَإِذَفْتَقَرْ
مُتَفَاعِلُنْ	مُتَفَاعِلُنْ	مُتَفَاعِلُنْ	مُتَفَاعِلُنْ

Exemplum

Exemplum Darbæ ejus quartæ.

وَانَا هُمْ ذَكَرُوا ٱلْإِسَاءَةَ

أَكْثَرُوا ٱلْحَسَنَاتِ ؞

Scansio ejus.

لْحَسَنَاتِي	اءَتَاَكْثَرُو	ذَكَرُلْإِسَا	وَانَا هُمُو
فعلاتن	متفاعلن	متفاعلن	متفاعلن

In hoc etiam exemplo posterioris hemistichii initium in mediam vocem incidit.

Edmara hîc, ut & Waksa & Chazla, Zehafa, seu licita est, in quovis متفاعلن seu متفاعلاتن vel متفاعلان: Edmara etiam in quovis فعلاتن, denique inter س & ف pedis Damrati مستفعلن est Moa[illegible]ba. Taya absque Edmara non admittitur, ne quinque literæ motæ, nullâ quiescente interpositâ, concurrant.

Exemplum

Exemplum verſus Damrati, ex *Antara Abbaſao.*

إِنِّي ٱمْرُؤٌ مِنْ خَيْرِ عَبْسٍ مَنْصِبًا

شَطْرِي وَأَحْمِي سَائِرِي بِٱلْمُنْصُلِ ❖

Scanſio ejus.

سِنْمَنْصِبَنْ	مِنْخَيْرِعَبْ	اِنْنِمْرُؤُنْ
مُسْتَفْعِلُنْ	مُسْتَفْعِلُنْ	مُسْتَفْعِلُنْ
بِلْمُنْصُلِي	مِيسَائِرِي	شَطْرِيوَأَحْ
مُسْتَفْعِلُنْ	مُسْتَفْعِلُنْ	مُسْتَفْعِلُنْ

Exemplum verſus Wakſati.

يَنْبَعُ مِنْ حَرْبِهِ بِسَيْفِهِ

وَرُمْحِهِ وَنَبْلِهِ وَيَحْتَمِي ❖

Scanſio ejus.

بِسَيْفِهِي	حَرْبِهِي	يَنْبَعُمِنْ
مَفَاعِلُنْ	مَفَاعِلُنْ	مَفَاعِلُنْ

وَرُثجِهِي	وَنُبْلِهِي	وَدُعْتَنِي
مفاعلن	مفاعلن	مفاعلن

Exemplum versus Chazlati, vel, ut alii efferunt, Jazlati.

مَنْزِلَةٌ صَمَّ صَدَاهَا وَعَفَتْ
أَرْسُمُهَا إِنْ سُئِلَتْ لَمْ تُجِبِ ❖

Scansio ejus.

مَنْزِلَتُنْ	صَمْمَصَدَا	هَا وَعَفَتْ
مفتعلن	مفتعلن	مفتعلن
أَرْسُمُهَا	إِنْسُئِلَتْ	لَمْ تُجِبِي
مفتعلن	مفتعلن	مفتعلن

Hìc verbum Jezmatum تجب, metro exigente, Cesram loco Jezmæ assumit. Hæc tria exempla ex genere carminis *Perfecti* esse, ex eo dignoscitur, quod pes integer متفاعلن in eodem Poëmate cum singulis eorum reperiatur: quæ differentia inter hujus generis versus Zehafam passos, & carminis السريع & الرجز semper tenenda.

Exemplum

Exemplum verſus Damrati Raſlati.

وَغَرَرْتَنِي وَزَعَمْتَ أَنَّكَ

لَابِنٌ فِي ٱلصَّيْفِ تَامِرٌ

Scanſio eius.

فِصْصَيْفِتَامِرْ	نُكَلَابِنُنْ	وَزَعَمْتَأَنْ	وَغَرَرْتَنِي
مُسْتَفْعِلَاتُن	مُتَفَاعِلُن	مُتَفَاعِلُن	مُتَفَاعِلُن

Exemplum verſus VVakſati Raſlati.

وَلَقَدْ شَهِدْتُ وَفَاتَهُمْ

وَنَقَلْتُهُمْ إِلَى ٱلْمَقَابِرِ

Scanſio eius.

إِلَلْمَقَابِرِ	وَنَقَلْتُهُمْ	تُوَفَاتَهُمْ	وَلَقَدْشَهِدْ
مُفَاعِلَاتُن	مُتَفَاعِلُن	مُتَفَاعِلُن	مُتَفَاعِلُن

Exemplum verſus Chazlati Raflati.

صَفَحُوا عَنِ ٱبْنِكَ أَنَّ فِي
ٱبْنِكَ جِنَّةً حِينَ يُكَلَّمُ

Scanſio eius.

حِينَيُكَلْلَمْ	نِكَجِنْنَتَنْ	نِكَأَنْنَفِبْ	صَفَحُوعَنِبْ
مُتَفْعِلَاتُنْ	مُتَفَاعِلُنْ	مُتَفَاعِلُنْ	مُتَفَاعِلُنْ

Exemplum verſus Damrati Dhailati.

وَإِذَا ٱغْتَبَطْتُ أَوِ ٱبْتَأَسْتُ
حَمِدْتُ رَبَّ ٱلْعَالَمِينْ

Scanſio eius.

بَلْعَالَمِينْ	تُحَمِدْتُرَبْ	تُأَوِبْتَأَسْ	وَإِذَغْتَبَطْ
مُسْتَفْعِلَانْ	مُتَفَاعِلُنْ	مُتْفَاعِلُنْ	مُتَفَاعِلُنْ

Exemplum verſus VVakſati Dhailati.

كُتِبَ ٱلشَّقَاءُ عَلَيْهِمَا
وَهُمَا لَهُ مُيَسَّرَانْ

Scanſio

Scansio eius.

كِبُشْشِقَا | أَعَلَيْهِمَا | وَهُمَالَهُو | مُيَمْسُرَانْ
مُتَفَاعِلُنْ | مُتَفَاعِلُنْ | مُتَفَاعِلُنْ | مُفَاعِلَانْ

Exemplum versus Chazlati Dhaïlati.

وَأَجِبْ أَخَاكَ إِذَا دَعَاكَ
مُعَالِنًا غَيْرَ مُخَافْ ⁘

Scansio eius:

وَأَجِبْ أَخَا | كَإِذَا دَعَا | كَمُعَالِنَنْ | غَيْرَ مُخَافْ
مُتَفَاعِلُنْ | مُتَفَاعِلُنْ | مُتَفَاعِلُنْ | مُفْتَعِلَانْ

Exemplum senarii Damrati Kat'ati.

وَإِذَا ٱفْتَقَرْتَ إِلَى ٱلذَّخَائِرِ لَمْ تَجِدْ
ذُخْرًا يَكُونُ كَصَالِحِ ٱلْأَعْمَالِ ⁘

Scansio ejus.

وَانْفَتَقَرْ | تَالَنْنَحَا | بِرَلْمَتَجَنْ
مُتَفَاعِلُنْ | مُتَفَاعِلُنْ | مُتَفَاعِلُنْ

نُخَرْتُبِكُو | ذُكَضَالِحَلْ | أَعْمَالِي
مُسْتَفْعِلُنْ | مُتَفَاعِلُنْ | مَفْعُولُنْ

Exemplum quaternarii ejusdem.

وَأَبُو ٱلجُلَيْسِ وَرُبَّ كَعْبَةٍ فَارِغٍ مَشْغُولُ ⁘

Scansio ejus.

وَأَبُلْجُلَيْ | سِوَرُبْبَكَعْ | بَتَفَارِغُنْ | مَشْغُولُو
مُتَفَاعِلُنْ | مُتَفَاعِلُنْ | مُتَفَاعِلُنْ | مَفْعُولُنْ

Extat etiam Exemplum versus Perfecti quinarii, ejus qui dixit:

لِمَنِ ٱلصَّبِيُّ بِجَانِبِ ٱلصَّحْرَا

مُلْقًى غَيْرَ ذِي مَهْدِ ⁘

Scansio

Scansio ejus.

لمنصبي	يبجانبص	صحراملق
متفاعلن	متفاعلن	مستفعلن

قتغيرني	مهن
مستفعلن	فعلن

Pedem quintum posuit Hadhdhatum Damratum, sed hujusmodi quàm paucissima sunt.

Restat ut licentias Poeticas in utroque carminis genere hujus circuli inter se confeferamus: eæ autem in versu Exuberante sunt Asba, & Akla, & Naksa, in Perfecto Edmara, & Waksa, & Chazla, quarum singulæ priores cum posterioribus singulis coincidunt. Asba siquidem Exuberantis in Edmaram Perfecti, Akla in Waksam, Naksa denique illius in Chazlam hujus recidit: quæ ad alia festinantes studiosis accuratiùs perpendenda relinquimus.

CAP. XI.

De Carmine الهزج Alházajo, seu *Cantilena*.

CIrculos priores duos secundo Numine emensi ad tertium accedimus, ubi primùm se offert Carmen الهزج ob *minuritionem* vel *reciprocationem* vocis ita dictum: Latinè *Cantilenam*, Barbarè *Madrigale*, indigitavit Guadagnolius. Originali suâ mensurâ pedem مفاعيلن sexies iteratum complectitur, quam pedibus binis demptis, ex utroque hemistichio uno, ad quaternariam redegit Poetarum usus. Arudam unicam habet sanam; Darbas duas, priorem sanam, Hadhfatam alteram.

Exemplum Darbæ ejus primæ, ex *Tarfa*.

عُفَا مِنْ آلِ لَيْلَى السَّهْبُ فَالْأَمْلَاحُ فَالْغَمْرُ

Scansio ejus.

عفامنآ	لليلسسه	بفلأملا	حفلغمرو
مفاعيلن	مفاعيلن	مفاعيلن	مفاعيلن

Hic versus à plurimis, qui de re metricâ scripserunt, hoc loco affertur, cùm revera sit Exuberans Asbatus ex Poemate *Tarfæ* desumptus, in quo pes مفاعلتن aliquoties occurrit: hoc enim indicio, si vel semel tantum in toto Poemate accidat, hæc duo carminum genera à se invicem discernuntur.

Exemplum Darbæ ejus secundæ.

وَمَا ظُهْرِي لِبَاغِي ٱلضَّيْمِ بِٱلظَّهْرِ ٱلذَّلُولِ

Scansio ejus.

ذَلُولِي	مِبِظْظَهْرِذْ	لِبَاغِضْضَيْ	وَمَاظُهْرِي
فعولن	مفاعيلن	مفاعيلن	مفاعيلن

Zehafa hîc, ut in carmine longo, est Kabda & Caffa in quolibet مفاعيلن, excepto Darbali: Kabda Arudæ illicita habetur, quæ tamen ex sententia *Al Acfashi*, & (si nonnullis fides) *AlChalili* quoque licita est, Sadra Charmam, & Charabam, & Shatram patitur. Moákaba denique hîc est inter ى & ن, seu Kabdam & Caffam, ob rationem superiùs expositam.

Exemplum versus Kabdati.

فَقُلْتُ لَا تَخَفْ شَيًّا، فَمَا عَلَيْكَ مِنْ بَاسِ ❁

Scansio ejus:

فَقُلْتُلَا	تَخَفْشَيَانْ	فَمَاعَلَيْ	كَمِنْبَاسِنْ
مفاعلن	مفاعيلن	مفاعلن	مفاعيلن

Alii abjecta litera ف ab initio legunt قلتلا, ut hoc exemplum sit versus Shatrati, cujus Sadra est فاعلن.

Exemplum versus Caffati.

فَهَذَانِ يَذُودَانِ، وَذَا مِنْ كَثَبٍ يَرْمِي ❁

Scansio ejus.

فَهَاذَانِ	يَذُودَانِ	وَذَامِنْكَ	ثَبِنْيَرْمِي
مفاعيلُ	مفاعيلُ	مفاعيلُ	مفاعيلن

Exemplum versus Charmati.

أَدَّوْا مَا آسْتَعَارُوهُ، كَذَاكَ آلْعَيْشُ عَارِيَّةٌ ❁

Scansio

Scansio ejus.

أنّن ومش | كعاروهو | كنا كلعي | شعا ربيتك

مفعولن | مفاعيلن | مفاعيلن | مفاعيلن

Exemplum versus Shatrati.

في الّذين قد ماتوا وفيما جمّعوا عبرة

Scansio ejus.

فللذي | دقد ماتو | وفيما جم | معوعبرة

فاعلن | مفاعيلن | مفاعيلن | مفاعيلن

Exemplum versus Charabati.

لو كان أبو موسى أميرا ما رضيناه

Scansio ejus.

لو كان | أبو موسى | أميرن ما | رضيناهو

مفعول | مفاعيلن | مفاعيلن | مفاعيلن

CAP.

CAP. XII.

De carmine الرجز Arrájazo, seu *Satyra.*

SEcundum hujus Circuli genus est Carmen الرجز *Satyra*, seu *improuisa* (ut *Guadagnolus*) vel potius *tremula* & *perturbata modulatio*; voce à Camelis translatâ, ob pedum vel genuum dolorem infirmo ac vacillante gradu euntibus. Non est autem audiendus *Kamusii* Author, qui *AlChalilum* existimare ait الرجز non esse speciem Carminis: cùm inter quindecim Carminum genera ab ipso *AlChalilo* ponatur, absque quo numerus ille non constat. Mensura ejus primitiva est pedis مستفعلن usque ad sextam vicem repetitio, juxta quam versus ejus senarii sunt; sed cùm in frequenti sit usu, apud antiquos quoque quaternarii, ac ternarii, ac binarii, apud recentiores etiam unius pedis versus habentur. Senario Aruda est unica sana, cui Darbæ duæ, sana & Kat'ata. Quaternarii tam Aruda quàm Darba sana est. Versus dimidiati sive ternarii Aruda, quæ eadem etiam Darba ejus, sana est, & sic quoque Aruda Nahcati, seu binarii.

Exemplum

Exemplum Darbæ primæ senarii.

دَارٌ لِسَلْمَى اِذْ سُلَيْمَى جَارَةٌ

قَفْرٌ تُرَى آيَاتُهَا مِثْلَ الزُّبُرْ ∴

Scansio ejus.

مَى جَارَتُنْ	مَى اِذْ سُلَيْ	دَارُنْ لِسَلْ
مُسْتَفْعِلُنْ	مُسْتَفْعِلُنْ	مُسْتَفْعِلُنْ
مِثْلُزْزُبُرْ	آيَاتُهَا	قَفْرُنْ تُرَى
مُسْتَفْعِلُنْ	مُسْتَفْعِلُنْ	مُسْتَفْعِلُنْ

Exemplum Darbæ ejus secundæ.

أَلْقَلْبُ مِنْهَا مُسْتَرِيحٌ سَالِمٌ

وَالْقَلْبُ مِنِّي جَاهِدٌ مَجْهُودُ ∴

Scansio ejus.

حُنْسَالِمُنْ	هَا مُسْتَرِي	أَلْقَلْبُمِنْ
مُسْتَفْعِلُنْ	مُسْتَفْعِلُنْ	مُسْتَفْعِلُنْ

وَلْقَلْبُمِنْ

وَلِقَلْبِهِـن | بِيجَاهِدُنْ | مَجْهُودُنْ

مستفعلن | مستفعلـن | مفعولـن

Exemplum verſus quaternarii.

مَنْ هَاجَ قَلْبِـي مَنْزِلٌ مِـنْ أُمِّ عَمْرٍو مُقْفِرُهُ

Scanſio ejus.

مَنْ هَاجَقَلْ | بِيمَنْزِلُـن | مِنْأُمْمِعَمْ | رِنْمُقْفِرُو

مستفعلن | مستفعلن | مستفعلن | مستفعلن.

Exemplum verſus ternarii.

مَا هَاجَ أَحْزَانًا وَشَجْوًا قَدْ شَجَا

Scanſio ejus.

مَا هَاجَأَحْ | زَانَنْوَشَجْ | وَنْقَدْشَجَـا

مستفعلن | مستفعلن | مستفعلـن

Exemplum verſus binarii

يَا لَيْتَنِـي | فِيهَا جَذَعْ

مستفعلن | مستفعلـن

Hîc affertur etiam Exemplum ternarii Kat'ati.

يَاصَاحِبَيْ رَحْلِي أَقِلَّا عَذْلِي .

Scansio ejus.

يَا صَاحِبَيْ	رَحْلِيَاقِلْ	لَا عَذْلِي
مستفعلن	مستفعلن	مفعولن .

Et Exemplum binarii Kat'ati.

وَيْلُمِّ سَعْدٍ سَعْدَا

Scansio ejus.

وَيْلُمْمِسَعْ	دِنْسَعْدَا
مستفعلن	مفعولن

De quibus infrà, cap. XIV, & XV.

Exemplum versuum unius pedis.

قَالَتْ حُبَلْ،	هَذَا الرَّجُلْ،
مستفعلن	مستفعلن

Sed

Sed de his controversia est, an singuli versus sint, an potius ex eis inter se junctis fiant versus binarii vel ternarii, vel (quod magis placet) integri.

Zehafa eius est Chabna, & Taya, & Chabla, in quolibet مستفعلن, perinde ac in carmine Expanso; Chabna etiam in quolibet مفعولن.

Exemplum versus Chabnati.

فَطَالَمَا وَطَالَمَا وَطَالَمَا سَقَى بِكَفّ خَالِدٍ وَأَطْعَمَا

Scansio eius.

فَطَالَمَا | وَطَالَمَا | وَطَالَمَا
مفاعلن | مفاعلن | مفاعلن
سَقَا بِكَفْ | خَالِدِنْ | وَأَطْعَمَا
مفاعلن | مفاعلن | مفاعلن

Exemplum versus Tayati.

مَا وَلَدَتْ وَالِدَةٌ مِنْ وَلَدٍ

أَكْرَمَ مِنْ عَبْدِ مَنَافٍ حَسَبَا

Scansio

Scansio ejus.

مَاوَلَدَتْ | وَالِدَتُنْ | مِنْوَلَدِنْ

مفتعلن | مفتعلن | مفتعلن

أَكْرَمَمِنْ | عَبْدِمَنَا | فِذِحَسَبِنْ

مفتعلن | مفتعلن | مفتعلن

Exemplum verſus Chablati.

وَثِقَلٍ مَنَعَ خَيْرَ طَلَبٍ

وَعَجَلٍ مَنَعَ خَيْرَ تُؤَدَهْ

Scanſio ejus.

وَثِقَلِنْ | مَنَعَخَيْ | رَطَلَبِنْ

فعلتن | فعلتن | فعلتن

وَعَجَلِنْ | مَنَعَخَيْ | رَتُؤَدَهْ

فعلتن | فعلتن | فعلتن

Exemplum

Exemplum verſus Kat'ati Chabnati:

لا خير فيمن كف عنا شره
إن كان لا يرجى ليوم خيره

Scanſio ejus.

لا خيرفي	منكففعن	نا شررهو
مستفعلن	مستفعلن	مستفعلن
إنكان لا	يرجاليو	مخيرهي
مستفعلن	مستفعلن	فعولن

CAP. XIII.

De carmine الرمل Arramalo, ſeu *brevi*.

CIrculi hujus tertii tertium & ultimum genus eſt الرمل *breve*, (*Guadagnolo* interprete) mallem *celere*, ab ea hujus thematis notione quâ *properanter incedere* ſignificat; alii tamen à *texendi* potius ſignificatu, quem præterea obtinet, nomen hoc deducendum ſtatuunt, quod paxilli chordis in hoc carminis genere quaſi *intertexti* ſint.

Menſura

Mensura ejus radicalis, (quam vocant) seu primitiva, suprà diximus esse فاعلاتن sexies: hanc aliàs retinet integram, aliàs pedibus duobus diminutam patitur; unde versus ejus modò senarii modò quaternarii in usum veniunt. Senario Aruda unica est Hadhfata, Darbæ tres; prima integra, secunda Kasrata, tertia Hadhfata. Quaternario etiam Aruda est unica, Sana; Darbæ verò tres; prima Sabgata, secunda Nuda, tertia itidem Hadhfata.

Exemplum Darbæ primæ Senarii.

مثل سحق البرد عفى بعدك ال

القطر مغناه وتأويب الشمال

Scansio ejus.

مثلسحقل	بردعففي	بعدكل
فاعلاتن	فاعلاتن	فاعلن
قطرمغنا	هوتأوي	بششمالي
فاعلاتن	فاعلاتن	فاعلاتن

Exem-

Exemplum Darbæ ejus secundæ.

أَبْلِغِ النُّعْمَانَ عَنِّي مَأْلُكًا

إِنَّهُ قَدْ طَالَ حَبْسِي وَٱنْتِظَارِي

Scansio ejus.

مَأْلُكَنْ	مَا نَ عَنْنِي	أَبْلِغِنْنُعْ
فاعلن	فاعلاتن	فاعلاتن
وَنْتِظَارْ	طَالَ حَبْسِي	إِنْنَهُو قَدْ
فاعلان	فاعلاتن	فاعلاتن

Exemplum Darbæ ejus tertiæ.

قَالَتِ الْخَنْسَاءُ لَمَّا جِئْتُهَا

شَابَ بَعْدِي رَأْسُ هَذَا وَٱشْتَهَبْ

Scansio ejus.

جِئْتُهَا	سَاءُ لَمَّا	قَالَتِلْخَنْ
فاعلن	فاعلاتن	فاعلاتن

شاببعدي

وَشَعَهُن	رَاسُهَانَا	شَابَتْعَنِي
فاعلن	فاعلاتن	فاعلاتن

Exemplum Darbæ primæ quaternarii.

يَا خَلِيلَيَّ ارْبَعَا ، وَاسْتَخْبِرَا رَسْمًا بِعُسْفَانِ

Scansio ejus.

مَنْبِعُسْفَانِ	تَخْبِرَارَسْ	يَرْبَعَاوَسْ	يَاخَلِيلِي
فاعليّان	فاعلاتن	فاعلاتن	فاعلاتن

Exemplum Darbæ ejus secundæ.

مُقْفِرَاتٌ دَارِسَاتٌ ، مِثْلُ آيَاتِ الزَّبُورِ

Scansio ejus.

تززبوري	مثلآيا	دَارِسَاتُن	مُقْفِرَاتُن
فاعلاتن	فاعلاتن	فاعلاتن	فاعلاتن

Exemplum ejus Darbæ tertiæ.

مَا لِمَا قَرَّتْ بِهِ الْعَيْنَانِ مِنْ هَنَا ثَمَنْ ،

Scansio ejus.

مَالِمَاقِرْ | رِنْبِهلِعَيْ | دَانِمِنْهَا | أَنْاثْمَنْ
فاعلاتن | فاعلاتن | فاعلاتن | فاعلن

A quibusdam hic additur Aruda secunda Hadhfata cui Darba consimilis, ut in hoc exemplo:

يُوسِفُ بِالْبُحْرِ ٱلنَّبِي غَادَرْتُ قَوْمِي سُدَى

Scansio ejus.

بُوسِلْبُحْرْ | بِنْلَمِي | غَادَرْتُقَوْ | مِيسُدَى
فاعلاتن | فاعلن | فاعلاتن | فاعلن

Alii malunt versum hunc esse quaternarium, seu dimidiatum, Carminis Extensi: utri sententiæ accedere velit unicuique suum esto arbitrium.

Zehafa hîc se habet planè ut in Carmine Extenso: licita enim est Chabna in quolibet فاعلاتن & فاعلن, (etiam Arudæ vel Darbæ, quòd aliàs in hoc genere non detur in illis فَعِلُنْ cum quo confundatur pes hic

Chabnatus

Chabnatus, ob illud enim Extensum Chabnam illic respuit) & فاعلان vel فاعليان; Caffa etiam & Shacla in omni فاعلاتن quæ non fuerit Darba; cum Moakaba inter ن & ا cujuscunque pedis sequentis.

Exemplum versus Chabnati.

وَاَنَا رَايَةُ مُجْتَنٍ رِفْعَتِي

نَهَضَ الصَّلْعُ اِلَيْهَا فَحَوَاهَا

Scansio eius.

رفعتي	يتمجتن	وانارا
فعلن	فعلاتن	فعلاتن
فحواها	تاليها	نهضصل
فعلاتن	فعلاتن	فعلاتن

Exemplum versus Caffati.

لَيْسَ كُلُّ مَنْ اَرَادَ حَاجَةً

ثُمَّ جَدَّ فِي طِلَابِهَا قَضَاهَا

Scansio eius.

لُمُشْكُلْ | مُنَسَارَانْ | حَاجَتِمَنْ
فاعلاتُ | فاعـلاتُ | فاعلن

تُمُشْجَنُنْ | فِيطَـلَابْ | هَاوَصَاهَا
فاعـلاتُ | فَاعَـلاتُ | فـاعلاتن

Exemplum versus Shaclati.

إنَّ مَعْنًا بَطَلْ مُمَارِسْ
صَابِرٌ مُتْعَهِبٌ لِمَا أَصَابَهْ

Scansio eius:

اِنْنَمَعْنَنْ | بَطَلُنْمُ | مَارِسُنْ
فاعلاتن | فعـلاتُ | فاعلـن

صَابِرُنْمُ | تَسَبْبَنِلْ | مَا أَصَابَهْ
فاعلاتن | فعلاتُ | فاعلاتن

Pes

Pes ſecundus & quintus Shaclati ſunt, in quibus cernitur Moakaba utriuſque extremi, propter quam primus & quartus à Caſſa, tertius & ſextus à Chabna immunes manent.

Exemplum verſus Kaſrati Chabnati.

أَقْصَدَتْ كِسْرَى وَأَمْسَى قَيْصَرٌ

مُغْلَقًا مِنْ دُونِهِ بَابُ حَدِيدْ ❖

Scanſio ejus.

قَيْصَرُنْ	رَى وَأَمْسَى	أَقْصَدَتْ كِسْ
فاعلن	فاعلاتن	فاعلاتن

بِحَدِيدْ	دُونِهِي بَا	مُغْلَقَنْ مِنْ
فعلاتن	فاعلاتن	فاعلاتن

Exemplum verſus Sabgati Chabnati.

وَاضِحَاتٌ فَارِسِيَّاتٌ وَأُدْمٌ عَرَبِيَّاتٌ ❖

Scansio ejus.

وَاصْحَسادِن | فَارِسِيهَا | تَشْوَاَن مِنْ | عَرَبِيْبَات
فاعلاتن | فاعلاتن | فاعلاتن | فعليان

Dispiciendum jam quæ sit Zehafis, in singulis hujus circuli carminum generibus, inter se convenientia: quæ in Carmine الهزج sunt Kabda & Caffa, ita ut inter eas sit Moakaba; in Carmine الرجز Chabna & Taya, & Chabla; in Carmine الرمل Chabna, & Caffa, & Shacla. Has siquis diligentius contulerit, earúmq; in circulo sedes pervestigaverit, Kabdam primi generis in Chabnam secundi & Caffam tertii recidere deprehendet; Caffam verò primi, in Tayam secundi, & Chabnam tertii, Shaclam denique tertii in Chablam secundi: quæ omnia ii quibus cordi est penitius excutiant; nos ad ea quæ restant pergimus.

CAP. X.

De carmine السريع A'ssari'o, seu *Veloci*.

CUrsu jam per tres Circulos haud infeliciter (uti speramus) exacto, ad quartum nos

nos accingimus; ubi in ipso limine occurrit Carminis genus السريع *Velox*, quòd super linguam celeritate quâdam fluat sic dictum. Mensura ejus nativa est مستفعلن مستفعلن مفعولات bis, quâ tamen integrâ in usum nunquam venit, ne literâ motâ versus terminetur; quamvis enim pedum suorum quandoque, literarum tamen suarum integro, ut in circulo habentur, numero nunquam gaudet. Sunt itaque versus hujus generis modò juxta hanc mensuram Senarii, modò dimidiati seu Ternarii: Quaternarii & Binarii nulli hîc habentur, ne cum eisdem in Carmine الرجز confundantur. Senario Arudæ sunt duæ; Prima Tayata Casfata, cui Darbæ tres, prima Tayata Wakfata, secunda Tayata Casfata, tertia Salmata: altera Chablata Casfata, cui Darba similis. Aruda ternarii dimidiati, quæ eadem & Darba eius, vel Wakfata, vel Casfata est.

Exemplum Darbæ primæ Senarii.

أَزْمَانُ سَلْمَى لَا يَرَى مِثْلَهَا

الرَّاؤُونَ فِي شَامٍ وَلَا فِي عِرَاقْ

Scansio

Scansio ejus.

أَزْمَاذَسَلْ | مَا لَا يَرَى | مِثْلُهُرْ
مستفعلن | مستفعلن | فاعلن

رَاوُونَفْسِي | شَامِنُولَا | فِيعِرَاقْ
مستفعلن | مستفعلن | فاعلان

Exemplum Darbæ ejus secundæ.

هَاجَ ٱلْهَوَى رَسْمٌ بِذَاتِ ٱلْغَضَا
مُخْلَوْلِقٌ مُسْتَعْجِمٌ مُحْوِلُ ⁘

Scansio ejus.

هَاجَلْهَوَى | رَسْمُنْبِذَا | تِلْغَضَا
مستفعلن | مستفعلن | فاعلن

مُخْلَوْلِقُنْ | مُسْتَعْجِمُنْ | مُحْوِلُنْ
مستفعلن | مستفعلن | فاعلن

Exemplum

Exemplum Darbæ ejus tertiæ.

قالت ولم تقصد لقيل الخنا

مهلا فقد ابلغت اسماعي

Scansio ejus.

للخنا	تقصد لقي	قالتولم
فاعلن	مستفعلن	مستفعلن
ماعي	ابلغتاس	مهلنفقد
فعلن	مستفعلن	مستفعلن

Exemplum Darbæ ejus quartæ.

النشر مسك والوجوه دنانير

واطراف الاكف عنم

Scansio ejus.

هدنا	كنولوجو	النشر مس
فعلن	مستفعلن	مستفعلن

نير

دِيرُخُوَانَا | زَافُلَاُكشف | فُعَنَمْ

مُستفعلن | مستفعلن | فَعِلن

Sed nihil obſtat quo minus hic verſus ſit ex genere carminis Perfecti, cui Aruda & Darba Hadhfatæ, reliqui verò pedes Damrati. Sunt qui huic Arudæ Darbam ſecundam adſcribunt Salmatam, hoc exemplo.

يَا أَيُّهَا ٱلزَّارِي عَلَى عُمَرٍ

قَدْ قُلْتَ فِيهِ غَيْرَ مَا تَعْلَمْ

Scanſio eius.

يَا أَيْيُهَزْ | زَارِيعَلَى | عُمَرِنْ

مستفعلن | مستفعلن | فُعِلُن

قَدْ قُلْتَفِي | هِيغَيْرَمَا | تَعْلَمْ

مستفعلن | مُستفعلن | فَعْلُنْ

Aliis (ne in eodem poemate diverſas Darbas ſtatuere cogantur) magis placet hanc eandem eſſe cum præcedenti Darbam, niſi quòd litera ع vocalem ſuam per Zehafam amiſerit,

amiserit, ut in carmine Perfecto ex فَعِلُن per Edmaram fit فَعْلَانْ: aliis hoc minimè admittitur, quòd Edmara carmini Perfecto sit propria. Utut sit, constat in eodem hujusce Carminis poemate Darbam modò esse فَعْلَانْ, modò فَعِلَانْ, quod in carmine Perfecto nunquam contingit: ideóque Edmara in eo Zehafa non est, quòd vel prorsus non adhibeatur, vel si adhibeatur per totum Poema constans sit & necessaria; cùm ea sit Zehafæ natura, ut ad instar accidentis, in eodem Poemate vel adesse vel abesse queat. Hinc itaque peti etiam potest differentia inter hujus generis versus & carminis Perfecti Damratos quando Darba & Aruda utrisque est فعلن.

Exemplum versus dimidiati Arudam habentis Wakfatam.

يَنْقَضِن فِي حَافَاتِهِ بِالْأَدْوَالِ

Scansio ejus.

يَنْقَضِنْفِي | حَافَاتِهِي | بِلْأَدْوَالْ

مستفعلن | مستفعلن | مفعولان

Exemplum

Exemplum verſus dimidiati Arudâ Casfatâ.

يَا صَاحِبَيْ رَحْلِي أَقِلَّا عَذْلِي

Hoc unà cum ſcanſione ejus ſuprà habuimus, cap. XII. in Carmine الرجز, ubi verſus ejus generis dimidiati Kat'ati exemplum ſtatuitur: ſed præſtat huc referri, cùm Kat'a non niſi duplici actione abſolvatur, qua litera primùm quieſcens abjicitur, deinde præcedens mota fit quieſcens; Casfa verò literæ motæ rejectione ſolâ expediatur. Hinc regula nobis, in hujuſmodi caſibus aliis ſemper tenendæ, ſit tritum illud Scholarum Axioma; *Fruſtra fit per plura quod poteſt fieri per pauciora.*

Zehafa in hoc genere eſt Chabna & Taya & Chabla in quolibet مستفعلن, ſicut in Carmine Expanſo, Chabna etiam in quolibet مفعولان, vel مفعولن.

Exemplum verſus Chabnati.

أَرِقْ مِنَ الأُمُورِ مَا يَنْبَغِي
وَمَا تُطِيقُهُ وَمَا يَسْتَقِيمْ

Scanſio

Scansio ejus.

أَرِنْ مِثْلَ | أُمُورِ مَا | يَنْبَغِي
مفاعلن | مفاعلن | فاعلن

وَمَا تُطِي | فَهُو وَمَا | يَسْتَقِيمْ
مفاعلن | مفاعلن | فاعلان

Exemplum versus Tayati.

قَالَ لَهَا وَهْوَ بِهَا عَالِمٌ
وَيْحَكِ أَمْثَالُ طَرِيفٍ قَلِيلْ

Scansio ejus.

قَالَلَهَا | وَهْوَ بِهَا | عَالِمُنْ
مفتعلن | مفتعلن | فاعلن

وَيْحَكَأَمْ | ثَالُطَرِي | فِنْقَلِيلْ
مفتعلن | مفتعلن | فاعلان

Exemplum

Exemplum versus Chablati.

وَبَلَدٍ قَطَعَهُ عَامِرٌ

وَجَمَلٍ خَسَرَهُ فِي ٱلطَّرِيقْ ❊

Scansio ejus.

عَامِرُنْ	قَطَعَهُ	وَبَلَدِنْ
فاعلن	فعلتن	فعلتن
فِطْطَرِيقْ	خَسَرَهُو	وَجَمَلِنْ
فاعلان	فعلتن	فعلتن

Exemplum versus dimidiati Arudæ prioris Zehafati.

قَدْ عَرَفْتُ أَرْوَى بِقَوْلِ ٱلْافْنَانْ ❊

Scansio ejus:

لِلَافْنَانْ	أَرْوَى بِقَوْ	قَدْ عَرَفْتُ
فعولان	مستفعلن	مفتعلن

Exemplum

Exemplum Arudæ ejus secundæ.

وَبَلْدَةٍ بَعِيدَةِ النِّيَاطِ

Scansio ejus.

وَبَلْدَتِنْ	بَعِيدَتِنْ	نِيَاطِي
مفاعلن	مفاعلن	فعولن

Nota, omnes Carminis Velocis Arudas esse فصول Fosulon, *distinctiones*, Darbas verò omnes غايات Gayáton, *extremitates*; de quibus technicis appellationibus suprà dictum pag. 41. & 54.

CAP. XV.

De Carmine المنسرح Almonsáreho, seu *Emisso*.

CArmini Veloci proximè succedit المنسرح *Emissum*, à verbo انسرح Ensaraha, quod *Exire*, peculiariter *è veste*, i. e. *exuere se* denotat; cùm Darbam Tayatam, vel saltem Kat'atam habens, mensuram circuli sui semper egrediatur & quodammodo exuat:

vel (si mavis) *Facile*, à facili leníque ejus incessu. Mensura ejus primitiva est مستفعلن مفعولات مستفعلن repetita: versus ejus vel juxta mensuram hanc Senarii sunt, vel Binarii, seu Nahcati. Senarii Aruda est Sana, Darba verò Tayata; licèt reperiatur quoque Darba secunda Kat'ata. Nahcatus vel Wakfatus est, vel Casfatus, in quo Aruda ipsa est etiam Darba.

Exemplum versus Senarii Darbæ Tayatæ.

إن ابن زيد لا زال مستعملا

للخير يفشي في مصره العرفا ∴

Scansio ejus.

انبنزي	دنلازال	مستعملن
مستفعلن	مفعولات	مستفعلن
للخيريف	شيفيمصر	هلعرفا
مستفعلن	مفعولات	مفتعلن

Exemplum

Exemplum Senarii Darbæ Kat'atæ, *Abu-Hanifa Dainurensis.*

ذَاكَ وَقَدْ أَذْعَرُ ٱلْوُحُوشَ بِصَلْتِ

ٱلْخَدِّ رَحْبٍ لَبَانُهُ مُجْفَرِ ∴

Scansio ejus.

ذَاكَوَقَدْ | أَذْعَرُلْوُ | حُوشَبِصَلْ

مفتعلن | فاعلات | مفتعلن

تِلْخَدْدِرَحْ | بِنْلَبَانُ | هُومُجْفَرِ

مستفعلن | فاعلات | مفعولن

Exemplum versus Nahcati Wakfati.

صَبْرًا بَنِي عَبْدِ ٱلدَّارْ ∴

Scansio eius.

صَبْرَنْبَنِي | عَبْدِدْدَارْ

مستفعلن | مفعولان

Exemplum Nahcati Gasfati.

وَيْـلُ أُمِّ سَعْـدٍ سَعْـدَا

Hujus exempli Scansio præcessit in Carmine الرجز, sed ut huc referatur magis placet, non tam ob rationem de versu dimidiato in Carmine Veloci suprà assignatam, quàm ut مفعولن hîc & مفعولات continuo quodam progressu cum مفعولات connectantur.

Zehâfâ hîc in quodlibet مستفعلن & مفعولات Chabnam, & Tayam, & Chablam inducit; præterquam in مستفعلن quod post مفعولات cadit, illud enim Chablam respuit: at in مفعولان & مفعولن sola Chabna permittitur.

Exemplum versus Chabnati.

مَنَازِلٌ عَفَاهُنَّ بِذِي ٱلْأَرَاكِ

كُلُّ وَابِلٍ مُسْبِلٍ هَطِلِ

Scansio

Scansio ejus.

مَنَازِلُنْ | عَفَاهُنْنَ | بِنْ لأَرَا

مفاعلن | مفاعيل | مفاعلن

كَكُلُّوا | بِلِمُسْتَبِ | لِنْهَطْلِي

مفاعلن | مفاعيل | مفتعلن

Exemplum versus Tayati.

إِنَّ سُمَيْرًا أَرَى عَشِيرَتَهُ

قَدْ حَدِبُوا دُونَهُ وَقَدْ أَنِفُوا

Scansio ejus.

إِنْنَسُمَيْ | رَنْ أَرَى عَ | شِيرَتَهُو

مفتعلن | فاعلات | مفتعلن

قَدْ حَدِبُو | دُونَهُو وَ | قَدْ أَنِفُو

مفتعلن | فاعلات | مفتعلن

Exemplum versus Chablati.

وَبَلَدٍ مُتَشَابِهٍ سَمْتُهُ قَطَعَهُ رَجُلٌ عَلَى جَمَلِهِ

Scansio ejus.

هنسمعهو	مُتَشَاب	وبلدن
مستفعلن	فعلات	فعلتن
لاجملة	رجلنع	قطعهو
مفتعلن	فعلات	فعلتن

Exemplum Chabnæ in مفعولان, seu versus Nahcati Wakfati Chabnati.

يا منزلا بسولاف

Scansio ejus.

بسولاف	يا منزلن
فعولان	مستفعلن

Exemplum Chabnæ in مفعولن, i. e. versus Nahcati Casfati Chabnati.

هل بالديار أنس

Scansio

Scansio ejus.

هلبنوها	راذشو
مستفعلن	فعولن

CAP. XVI.

De Carmine الخفيف *AlChafifo*, seu *Levi*.

CArmini Emisso ordine proximum est الخفيف *Leve*, quod ob levitatem eam quæ in scansione ejus percipitur nomen suum habere volunt: nam in quolibet pede paxillus inter duas chordas clauditur, chorda autem paxillo levior habetur. Huic carminis generi primitiva mensura فاعلاتن مس تفع لن فاعلاتن bis, suprà assignata est, quâ modò integrâ gaudet, modò pedibus binis detractis, manca incedit: sunt itaq; versus hujus generis vel Senarii, vel Quaternarii. Senario duæ sunt Arudæ: prima Integra, cui Darbæ duæ, Integra & Hadhfata; altera Hadhfata, cui Darba consimilis. Quaternario Aruda unica est Integra, Darbæ verò duæ, una Integra, altera Kasrata Chabnata.

Exemplum Darbæ primæ Senarii.

حَلَّ أَهْلِي مَا بَيْنَ دُرْنَى فَبَادَوْلِي

وَحَلَّتْ عُلْوِيَّةً بِالسِّخَالِ

Scanſio ejus.

حَلْلَأَهْلِي	مَا بَيْنَ دُرْ	نَا فَبَادَوْ
فاعلاتن	مستفع لن	فاعلاتن
لا وَحَلَّتْ	عُلْوِيَيَّتَنْ	بِسْسِخَالِي
فاعلاتن	مستفع لن	فاعلاتن

Exemplum Darbæ ejus ſecundæ.

لَيْتَ شِعْرِي هَلْ ثُمَّ هَلْ آتِيَنْهُمْ

أَمْ يَحُولَنْ مِنْ دُونِ ذَاكَ الرَّدَى

Scanſio ejus.

لَيْتَشِعْرِي	هَلْثُمْمَهَلْ	أَاتِيَنْهُمْ
فاعلاتن	مستفع لن	فاعلاتن

امیحولن

أُمَيْحُولَنْ | مِنْ وِدْنَا | كُرْرُدِي
فاعلاتن | مستفع لن | فاعلن

Exemplum Darbæ ejus tertiæ.

إِنْ قَدَرْنَا يَوْمًا عَلَى عَامِرٍ
نَنْتَصِفْ مِنْهُ أَوْ نَدَعْهُ لَكُمْ ❖

Scansio ejus.

اِنْقَدَرْنَا | يَوْمَنْ عَلَا | عَامِرِنْ
فاعلاتن | مستفع لن | فاعلن

نَنْتَصِفْ مِنْ | هُوَاوْ نَدَعْ | هُولَكُمْ
فاعلاتن | مستفع لن | فاعلن

Exemplum Darbæ primæ Quaternarii.

لَيْتَ شِعْرِي مَا ذَا تَرَى، أُمَّ عَمْرٍو فِي أَمْرِنَا،

Scansio

Scansio ejus.

فِيَا مُرِدْ سا | اَمْ عَمْرٍنْ | مَا نَ اَدْرِي | لَيْتَ شِعْرِي
مستفع لن | فاعلاتن | مستفع لن | فاعلاتن

Exemplum Darbæ ejus ſecundæ.

كُلُّ خَطْبٍ إِنْ لَمْ تَكُونُوا غَضِبْتُمْ بِيَسِيرُ

Scansio ejus.

يَسِيرُو | نُو غَضِبْتُمْ | اِنْ لَمْ تَكُو | كُلُّ خَطْبِنْ
فعولن | فاعلاتن | مستفع لن | فاعلاتن

De hac Darba فعولن non convenit Proſodiæ Magiſtris; aliis, inter quos *Zamachſhariꝰ*, juxta ſuperius poſita ex integro مستفع لن per Chabnam & Kaſram, aliis, iiſq; recentioribus, ex مستفعلن per Kat'am & Chabnam deducentibus, utriſque *Alchalilium* in partes ſuas trahentibus: alii interim, hoſce utroſque hallucinari rati, per Chabnam & Casfam ex مس تفع لن arceſſere malunt, rejectâ ſc. literâ ع ex paxillo disjuncto تفـع

دفع, (cui in circulo hoc respondet لات pedis مفعولات) per Cassam, & secundâ quiescente س per Chabnam elisâ; hoc pacto restabit مُتَفْعِلُن, vel, quod idem valet, فعولن.

Zehafa hîc est Chabna, & Caffa, & Shacla in quolibet فاعلاتن & دفع لن مس, nisi Darba fuerit, ubi Caffæ & Shaclæ non est locus; Chabna etiam in فاعلن, & in فاعلاتن Darbali Tashitha, sicut etiam in Arudali, cùm versus sit Biforis, haud aliàs: sit autem Moákaba inter ن pedis فاعلاتن & سَ pedis مس دفع لن sequentis, inter ن quoque pedis مس دفع لن & ا pedis فاعلاتن aut فاعلن sequentis, sicut etiam inter ن & ت فاعلاتن, et ا ejusdem quando continuò repetitur. De modo verò quo fit Tashitha dissentiunt Magistri, quorum nonnulli ex paxillo conjuncto علا primum motum elidunt, ut Shathatum sit فلاتن quod postea in مفعولن transmutant, quo modo in paxillo Charmæ quid simile erit; alii secundam motam, quòd fini proprior sit, elidi malunt, ut relinquatur فاعاتن, ejusdem cum præcedente valoris, quæ *Alchalili* et plurimorum sententia est;

alii

alii quiescente paxilli elisâ, & secundâ motâ vocali suâ privatâ, Sha'thatum ponunt فاعلاتن idem cum præcedentibus valens, ut sic Kat'am in fine accidentem referat; alii denique secundâ quiescente per Chabnam elisâ فعلاتن relinquunt, ex quo (secundâ motâ quasi per Edmaram quiescente factâ) فعلاتن efficiunt مفعولن لما itidem æquipollens.

Exemplum versus Chabnati.

وقوادي كعهده بسليمي
بهوى لم يزل ولم يتغير

Scansio ejus.

وقوادي	كعهدهي	بسليمي
فعلاتن	مفاعلن	فعلاتن
بهوى لم	يزل ولم	يتغير
فعلاتن	مفاعلن	فعلاتن

Exem-

Exemplum verſus Caffati.

يَا عُمَيْرُ مَا تُظْهِرُ مِنْ هَوَاكِ

أَوْ تُجِنُّ يَسْتَكْثِرُ حِينَ يَبْدُو

Scanſio ejus.

يَا عُمَيْرُ	مَا تُظْهِرُ	مِنْهَوَاكِ
فاعلات	مس تفع ل	فاعلات
أَوْ تُجِنْنُ	يَسْتَكْثِرُ	حِينَيَبْدُو
فاعلات	مس تفع ل	فاعلاتن

Exemplum verſus Shaclati.

صَرَمَتْكَ أَسْمَاءُ بَعْدَ وِصَالِهَا

فَأَصْبَحْتَ مُكْتَئِبًا حَزِينًا

Scanſio ejus.

صَرَمَتْكَ	أَسْمَاءُ بَعْ	دَوِصَال
فعلات	مستفع لن	فعلات

هافاصبح

هافاصبح | تمكعا | بنحزينن

فاعلاتن | م فاع ل | فاعلاتن

Exemplum verſus Shaclati & Shathati.

إِنَّ قَوْمِي جَحَاجِحَةٌ كِرَامٌ

مُتَقَادِمٌ مَجْدُهُمْ أَخْيَارُ ❖

Scanſio ejus.

انقومي | جحاجح | تنكرامن

فاعلاتن | م فاع ل | فاعلاتن

متقاد | مجدهم | أخيارو

فعلات | مستفع لن | مفعولن

Exemplum Chabnæ in Darba Hadhfata.

وَالْمَنَايَا مَا بَيْنَ سَارٍ وَغَادٍ

كُلُّ حَيٍّ فِي حَبْلِهَا عَلِقُوا ❖

Scanſio

Scansio eius.

وَٱلْمَنَايَا | مَا بَيْنَهَا | رِذُوغَاوِنْ

فاعلاتن | مستفع لن | فاعلاتن

كُلُّلْحَيَّيْنْ | فِيحَبْلِهَا | عَلِقُسُو

فاعلاتن | مستفع لن | فعلن

Exemplum Chabnæ in Aruda & Darba, utraque Hadhfata.

بَيْنَمَا هُنَّ بِٱلْأَرَاكِ مَعًا

إِنْ أَتَى رَاكِبٌ عَلَى جَمَلِهْ

Scansio eius.

بَيْنَمَا هُنْ | نَ بِلْأَرَا | كِمَعَنْ

فاعلاتن | م فاع لن | فَعِلُنْ

إِنْ أَتَى رَا | كِبُنْ عَلَا | جَمَلِهْ

فاعلاتن | م فاع لن | فَعِلُنْ

CAP.

CAP. XVII.

De Carmine المضارع Almodáreo, seu *Simili.*

CArmen Leve excipit المضارع *Simile*, estque hujus Circuli quartum, ob similitudinem quandam quam habet cum Carmine Alházajo ita dictum; utriúsque enim mensura est quaternaria, in utroque paxilli chordas præcedunt, in utriúsque denique initio licita est Charma & Charba & Shatra: alii quod Carmini Convulso Zehafâ suâ simile sit, alii autem quod ad instar Carminis Emissi et Levis, Paxillum disjunctum in secundo suo pede habeat, hoc nomine appellatum volunt. Primitiva ejus mensura senaria est, ad hunc modum, مفاعيلن فاع لاتن مفاعيلن bis, sed usu diminuta ad quaternariam redacta est. Tam Aruda quàm Darba ejus Sana venit; sed inter literas ي et ن pedis مفاعيلن Morákaba est, seu perpetuus ejusmodi respectus ut nec simul adsint nec absint, sed positâ illâ necessariò elidatur hæc per Caffam, aut illa, positâ hâc, per Kabdam.

Exemplum

Exemplum versus Caffati.

تُغَانِي اِلَي سُعَادٍ، تُوَاعِي هَوَي سُعَادٍ

Scansio ejus.

تُعَانِيَا	لَاسُعَادِن	تُوَاعِيَهُ	وَاسُعَادِي
مفاعيل	فاع لاتن	مفاعيل	فاع لاتن

Zehafa ejus est Caffa in quolibet فاع لاتن. Arudali, non autem Chabna aut Shacla, nè paxillus disjunctus فاع quiescente suâ elisâ ad chordam redigatur: Charabam etiam in pede مفاعيل, & Shatram in مفاعلن initialibus adhibere licet.

Exemplum versus Kabdati cum Aruda Caffata.

وَقَدْ رَأَيْتُ الرِّجَالَ، فَمَا أَرَي مِثْلَ زَيْدٍ

Scansio ejus.

وَقَدْ رَأَيْ	تُرْرِجَالَ	فَمَا أَرَي	مِثْلَ زَيْدِن
مفاعلن	فاع لات	مفاعلن	فاع لاتن

Exemplum versus Shatrati.

سَوْفَ أُهْدِي لِسَلْمَى ثَنَاءً عَلَى ثَنَاءٍ

Scansio eius.

لاثناي	ثناأنع	دي بلسلمى	سوفاه
فاعلاتن	مفاعيل	فاعلاتن	فاعلن

Exemplum versus Charabati.

إِنْ تَكُنْ مِنْهُ شِبْرًا يُقَرِّبْكَ مِنْهُ بَاعَا

Scansio ejus.

منهباعن	يقررببك	منهشبرن	انتكن
فاعلاتن	مفاعيل	فاعلاتن	مفعول

CAP. XVIII.

De Carmine المقتضب AlMoktádebo, seu *Conciso.*

CArmini Simili proximo loco, i.e. hujus Circuli quinto, succedit المقتضب *Concisum,*

tisum, cui indè nomen quod tertiam sui, ut in Circulo habetur, partem detruncari patiatur, vel quòd à Carmine Emisso quasi recisum sit. Mensuram ejus primitivam suprà posuimus مفعولات مستفعلن مستفعلن duplicatam; quâ integrâ nunquam ab Arabibus usurpatur, sed semper diminutâ sive quaternariâ, tam Arudâ quàm Darbâ Tayatâ, cum Morakaba, sive *Observatione mutua*, inter Chabnam pedis مفعولات ejúsque Tayam.

Exemplum versus cui singuli pedes Tayati.

أَقْبَلَتْ فَلَاحَ لَهَا عَارِضَانِ كَالْبَرَدْ

Scansio eius:

أَقْبَلَتْفَ | لَاحَلَهَا | عَارِضَانِ | كَلْبَرَدِي

فَاعِلَاتُ | مُفْتَعِلُنْ | فَاعِلَاتُ | مُفْتَعِلُنْ

Zehafa ei non est alia quàm Chabna aut Taya pedis مفعولات, qui in hoc Carminis genere vel hanc vel illam semper patitur, utramque simul nunquam; uti suprà Morakabæ naturam describentes docuimus. Tayæ

in versu præcedente, in sequenti utriusque exemplum habemus.

أَتَانَا مُبَشِّرُنَا بِٱلْبَيَانِ وَٱلنُّذُرِ

Scansio ejus.

وَنْنُذُرِي	بِلْبَيَـانِ	بَشْشِرُنَا	أَتَانَـامُ
مفتعلن	فاعلات	مفتعلن	مفاعيل

CAP. XIX.

De Carmine المجتث Almoj'táththo, seu *Evulso.*

SExtum & ultimum hujus Circuli genus est Carmen المجتث *Evulsum*, quòd è carmine Levi quodammodo extrahatur: illic siquidem pes مس تفع لن inter فاعلاتن præcedentem & eundem sequentem sedem habet, hîc verò utrumque præcedit. Mutato itaque pedum ordine duo hæc carminum genera in reliquis ferè conveniunt, nisi quod hoc mensurâ suâ primitivâ seu senariâ nunquam gaudeat, sed quaternariâ semper in usum veniat, Arudâ & Darbâ sanis, ut

ut in hoc Exemplo.

أَلْبَطْنُ مِنْهَا خَمِيصٌ، وَٱلْوَجْهُ مِثْلُ ٱلْهِلَالِ

Scansio eius.

لُلْهِلَالِي	وَلْوَجْهُمِثْ	هَا خَمِيصُنْ	أَلْبَطْنُمِنْ
فاعلاتن	مس تفع لن	فاعلاتـن	مس تفع لن

Zehafa hîc eadem quæ in Carmine Levi, Chabna sc. & Caffa, & Shacla in quovis مس تفع لن & فاعلاتن; exceptâ Darbâ, quæ Caffam & Shaclam non patitur, Tash'itham tamen ex quorundam sententia recipit: est etiam hîc Moakaba inter ن cujuslibet pedis finalem & sequentis secundam.

Exemplum versus Chabnati.

وَلَوْ عَلِقْتُ بِسَلْمَى، عَلِمْتُ أَنْ سَتَمُوتُ

Scansio ejus.

سَتَمُوتُو	عَلِمْتُأَنْ	تُبِسَلْمَى	وَلَوْعَلِقْ
فعلاتن	م فاع لن	فعلاتن	م فاع لن

 Exem-

Exemplum versus Caffati.

مَا كَانَ عَطَاؤُهُنَّ إِلَّا عِدَةً ضِمَارًا

Scansio ejus.

مَا كَانَعُ | طَاؤُهُنْنَ | إِلْلَاعِـدَ | تَنْضِمَارَنْ

مس تفع ل | فاعلات | مس تفع ل | فاعلاتن

Exemplum versus Shaclati.

أُولَئِكَ خَيْرُ قَوْمٍ إِذَا ذُكِرَ الْخِيَارُ

Scansio ejus.

أُلَائِكَ | خَيْرُ قَوْمِنْ | إِذَا ذُكِ | رَلْخِيَارُو

مفاع ل | فاعلاتن | مفاع ل | فاعلاتن

in secundo مُفَاعِلُ est Moakaba utriusque extremi.

Exemplum versus Sha'thati.

لِمْ لَا يَعِي مَا أَقُولُ ، ذَا السَّيِّدُ الْمَأْمُولُ

Scansio

Scanſio ejus.

لِمَلَائِعَـي | مَا أَقُولُو | فَسْتَبِينُ لِ | مَأْمُولُو
مستفع لن | فاعلاتن | مستفع لن | مفعولن

Quid in ſingulis hujus Circuli generibus liceat jam vidimus, reſtat ut eorum inter ſe convenientiam paucis expendamus. In primo ac ſecundo, i.e. in Carmine Veloci & Emiſſo, Zehafa eadem eſt, Chabna ſc. & Taya, & Chabla; ex eiſdem quippe pedibus utrumque conſtat, niſi quod in priore pes مفعولات locum ultimum, in poſteriore medium occupet. Tertii generis, ſeu Levis, Zehafam diximus eſſe Chabnam, & Caffam, & Shaclam: cùm itaque Chabna hujus, Tayæ priorum in circulo reſpondeat, (quod ex Schemate ſuprà poſito liquidò conſtat) & Caffa hujus eorum Chabnæ; ſequitur Shaclam hujus eandem eſſe, quod ad Circulum, cum Chabla illorum. Idem de ſexto genere, ſeu Carmine Convulſo, judicium eſto, cujus pedes, mutato tantùm ordine, iidem ſunt cum pedibus Levis. Kabda Carminis Similis recidit in Caffam Levis, illius verò Caffa in hujus Chabnam. Chabna denique & Taya in Carmine Conciſo (nam

 Chabla

Chabla ei nulla eſt) eodem modo ſe habent quo in Veloci & Emiſſo: quæ omnia digito tantùm intento monſtrâſſe nobis ſat eſto; examen eorum ulterius ſtudioſis (ut habeant quo ſe exerceant) relinquimus. Haud prætereundum hîc Circulum hunc dici etiam Circulum Paxilli disjuncti, quòd Paxillus disjunctus in iſtum ſolum cadat, iſtiúſce verò ſingulis generibus inſit. Hinc eſt quòd pedes مس تفع لن & فاع لاتن aliter in hoc Circulo quàm in reliquis dividantur: illius enim pars تفعْ, & hujus فاعْ paxilli ſunt disjuncti [illegible] لاتُ pedis مفعولات in Circulo reſpondentes; cùm aliàs in مستفعلن & فاعلاتن litera ع ſequentibus duabus annexa paxillum conjunctum efficiat, juxta doctrinam ſuprà traditam.

CAP. XX.

De Carmine المتقارب Almotakárebo, ſeu *Conjuncto.*

CUrſu jam tandem per Circuli Quarti gyrum ampliſſimum abſoluto, quintum, eundémque ultimum, auſpiciis Divinis aggredimur: ejus autem nomen nomi-

níſque

nísque rationem suprà exposuimus, ubi etiam de generibus ejus controversiam inter Magistros agitatam indicavimus; quorum multi *AlChalilum* secuti unicum ei tribuunt, quod المتقارب seu *Conjunctum* appellant, ex pede فعولن octies posito constans. *Conjunctum*, vel *Propinquum*, dici volunt, quòd paxilli ejus inter se *propinqui* sint; cùm singuli alter ab altero unicâ tantùm chordâ interpositâ separentur. Mensura ejus modò integra juxta originem suam, seu octonaria est, modò imminuta, seu senaria. Carmini octonario Aruda unica est Integra, cui Darbæ quatuor; Integra, Kasrata, Hadhfata, Batrata. Senario pariter Aruda est una Hadhfata, Darbæ verò duæ, una Hadhfata, altera Batrata. Omnium exempla sequuntur.

Exemplum Darbæ primæ Octonarii.

فَأَمَّا تَمِيمٌ تَمِيمُ بْنُ مُرٍّ

فَأَلْفَاهُمُ ٱلْقَوْمُ رَوْبَى نِيَامَا

Scansio ejus.

فَأَمْمَا | تَمِيمُنْ | تَمِيمُبْ | نُمُرْرِنْ

فعولن | فعولن | فعولن | فعولن

فألفا

فَأَلْفَــا | هُمُلْقُو | مُرُوبَا | نِيَامَنْ
فعولن | فعولن | فعولن | فعولن

Exemplum Darbæ eius ſecundæ.

وَيَأْوِي إِلَى نِسْوَةٍ بَائِسَاتٍ
وَشُعْثٍ مَرَاضِيعَ مِثْلَ ٱلسَّعَالِ

Scanſio eius:

وَيَأْوِي | إِلَى نِسْ | وَتِنْبَا | ئِسَاتِنْ
فعولن | فعولن | فعولن | فعولن

وَشُعْثِنْ | مَرَاضِي | عَمِثْلُسْ | سَعَالْ
فعولن | فعولن | فعولن | فعولْ

Exemplum Darbæ eius tertiæ.

وَأَبْنِي مِنَ الشِّعْرِ شِعْرًا عَوِيصًا
يُنَسِّي الرُّوَاةَ ٱلَّذِي قَدْ رَوَوْا

Scanſio

Scansio ejus.

وَأَبْنِـي | مِنَشْشِعْ | رِشِعْرَنْ | عَوِيصَنْ
فعولـن | فعولـن | فعولـن | فعولن

يُنَسِّـرْ | رُوَاتَـلْ | لَذِيقَـدْ | رَوَوْ
فعولـن | فعولـن | فعولن | فعل

Exemplum Darbæ eius quartæ.

خَلِيلَيَّ عُوجَا عَلَى رَسْمِ دَارٍ
خَلَتْ مِنْ سُلَيْمَى وَمِـنْ مَيَّةْ

Scansio ejus:

خَلِيلَـيْ | يَعُـوجَـا | عَـلَارَسْ | مِدَارِنْ
فعولن | فعولن | فعولن | فعولـن

خَلَتْمِـنْ | سُلَيْمَـى | وَمِنْمَيْ | يَـةْ
فعولن | فعولن | فعولن | فـع

Exemplum

Exemplum Darbæ primæ Senarii.

أَمِنْ دِمْنَةٍ أَقْفَرَتْ، لِسَلْمَى بِذَاتِ ٱلْغَضَا

Scansio ejus.

فَرَتْ	نَتِنْ أَقْ	أَمِنْ دِمْ
فَعَلْ	فَعُولُنْ	فَعُولُنْ
غَضَا	بِذَاتِلْ	لِسَلْمَى
فَعَلْ	فَعُولُنْ	فَعُولُنْ

Exemplum Darbæ ejus secundæ.

تَعَفَّفْ وَلَا تَبْتَئِسْ، فَمَا يُقْضَ يَأْتِيكَا

Scansio ejus.

تَئِسْ	وَلَا تَبْ	تَعَفَّفْ
فَعَلْ	فَعُولُنْ	فَعُولُنْ
كَا	ضَ يَأْتِي	فَمَا يُقْ
فَعْ	فَعُولُنْ	فَعُولُنْ.

Zehafa hujus Generis est Kabda in quolibet فعولن

فعولن, nisi sit Darba, (excipit *Alchalil* illud etiam quod præcedit فع) Hadhfa in Aruda octonarii, Thalma & Tharma in Sadra.

Exemplum versus Kabdati.

أَفَانَ فَجَانَ وَسَانَ فَزَانَ

وَقَانَ فَنَانَ وَعَانَ فَأَفْضَلْ &c.

Quot voces in hoc versu totidem sunt pedes, singuli Kabdati juxta mensuram فعول, præter ultimum integrum.

Exemplum versus Thalmati.

لَوْلَا خَنَاشْ أَخَذْنَا جِمَالَاتْ

سُعْدٍ وَلَمْ نُعْطِهِ مَا عَلَيْهَا.

Scansio ejus.

جمالا	أخذنا	خناشن	لولا
فعولن	فعولن	فعولن	فعلن
عليها	طهما	ولم نع	سعدن
فعولن	فعولن	فعولن	فعولن

Exemplum

Exemplum versus Tharmati.

قلت سناءا لمن جاءني

فأحسنت قولا وأحسنت رابيا

Scansio ejus.

قلت | سناءن | لمنجا | ءني

فعل | فعولن | فعولن | فعل

فأحسن | تقولن | وأحسن | ترابيا

فعولن | فعولن | فعولن | فعولن

In hoc versu cernitur etiam Aruda Hadhfata cum Darbâ primâ Sanâ; quod licitum habet *Alchalil*, aliis plerisque reclamantibus, & pro جادي legentibus جاء يسري ut Aruda fit integra: controversia quoque est de Kasra, quam alii in huius generis Arudam ex Authoritate *AlChalili* admittunt, alii non admittendam contendunt; quocirca exempla à prioribus adducta proferre supersedemus, cùm posteriores ea aliter legant.

CAP.

CAP. XXI.

De Carmine المتدارك Almotadáreco, ſeu *Conſequente.*

SEcundum hujus Circuli genus eſt Carmen المتدارك ſeu *Conſequens*, quod *Al-Chálil* & ejus ſequaces بحر ſeu *genus* peculiare non fecerunt; ídque quod Poemata nulla hoc carminis genere conſcripta eis vidiſſe contigerat, vel quod non ſatis quadraret regulis ab eo poſitis: contrà *AlAcfaſh*, *AlChalili* contemporaneus illíque familiaris, & cum eo alii ſecundum hoc genus huic Circulo attribuerunt, naturæ illius ratione hoc quodammodo exigente. Cùm enim Circuli in hac arte præcipuus (ne dicam ſolus) uſus ſit diverſa Carminum genera inter ſe conferre, & quomodo in ſe mutuò reſolvantur oſtendere: ſi unum tantùm genus ponatur, tollitur planè hic uſus, ac proinde Circulus ipſe ſupervacaneus & inutilis redditur. Variis nominibus hoc Carminis genus varii Artifices inſigniverunt, ſed menſuram ejus eandem omnes conſtituunt, quam ſuprà diximus eſſe pedem فاعلن octies repetitum. Verſus ejus vel juxta hanc menſuram

mensuram Octonarii sunt, vel Jazati, sive Senarii. Octonarii tam Aruda quàm Darba Integra est. Senarii quoque Aruda Integra est, cui Darbæ tres, prima Dhailata, secunda Raflata Chabnata, tertia Nuda.

Exemplum versus Octonarii.

جَاءَنَا عَامِرٌ سَالِمًا صَالِحًا

بَعْدَ مَا كَانَ مَا كَانَ مِنْ عَامِرٍ

Scansio eius.

جَاأَنَا | عَامِرُنْ | سَالِمَنْ | صَالِحَنْ

فاعلن | فاعلن | فاعلن | فاعلن

بَعْدَ مَا | كَانَ مَا | كَانَ مِنْ | عَامِرِنْ

فاعلن | فاعلن | فاعلن | فاعلن

Exemplum Darbæ primæ Senarii.

هٰذِهِ دَارُهُمْ أَقْفَرَتْ، أَمْ زَبُورٌ مَحَتْهَا ٱلدُّهُورُ

Scansio

Scansio ejus.

أَقْفَـرَتْ	دَارُهُـمْ	هَـانَهِـي
فاعلن	فاعلن	فاعلن
هُلْدُهُـورْ	رُوهُمَـحَـتْ	أَمْسَـزَبُـو
فَاعِلَاتْنْ	فاعلن	فاعلن

Exemplum Darbæ ejus secundæ.

دَارُ لَيْلَى بِشَحْرِ عُمَانِ
قَدْ كَسَاهَا ٱلْبِلَى ٱلْمَلَوَانِ

Scansio ejus.

رِعُمَانِي	لَىبِشَحْ	دَارُلَـي
فعلاتن	فَاعِلُن	فاعلن
مَلَوَانِي	هَلْبِلَلْ	قَدْكَسَا
فعلاتن	فاعلن	فاعلن

Arudam hîc ingreditur Chabna & Tarfila, quod versus hujus Darbæ sint Bifores, cùm aliàs Aruda Senarii (uti modò dictum) In-

 tegra

tegra sit: de Chabna autem hac Arudæ & Darbæ non convenit omnibus, an Ella sit secundùm jam tradita, an potius Zehafa, ut cùm venit in reliquis pedibus. Sunt qui hunc versum Dhailatum faciunt, literâ ن finali in عمان & الملوان quiescere factâ.

Exemplum Darbæ tertiæ:

قِفْ عَلَى دَارِهِمْ وَٱبْكِيَنْ
بَيْنَ أَطْلَالِهَا وَٱلدِّمَنْ

Scansio ejus.

قفعلي | دارهم | وبكين
فاعلن | فاعلن | فاعلن

بينأط | لالها | ودمن
فاعلن | فاعلن | فاعلن

Zehafa ejus est Chabna & Kat'a, quarum utralibet in singulis pedibus licita quidem habetur, posterioris tamen usus in Hashwa versus rarior est, nec omnibus probatur; cùm aliàs Kat'a sit Ella; quæ Arudæ & Darbæ

Darbæ appropriari solet, quocirca eam inter illarum affectiones suprà retulimus: hinc alii (ne Kat'a Zehafæ ad modum in reliquis pedibus usurpetur) Tash'itham, alii Edmaram potiùs post Chabnam Zehafam hanc esse volunt, si enim ex pede Chabnato فَعِلُنْ secunda vocalis quasi per Edmaram excidat, manebit فَعْلُنْ de quo nunc agimus.

Exemplum versus Chabnati.

كُرَّةٌ طُرِحَتْ لِصَوَالِجَةٍ
فَتَلَقَّفَهَا رَجُلٌ رَجُلُ ❊

Scansio ejus.

كُرْرَتُنْ | طُرِحَتْ | لِصَوَا | لِجَتِنْ
فاعلن | فعلن | فعلن | فعلن

فَتَلَقْ | قَفَهَا | رَجُلُنْ | رَجُلُنْ
فعلن | فعلن | فعلن | فعلن

Chabna inest singulis pedibus præterquam primo, estque ejus usus in hoc Carminis ge-

nere admodum frequens, nec inelegans si in singulis versus pedibus adhibeatur.

Exemplum Katæ.

حَقًّا حَقًّا حَقًّا حَقًّا صِدْقًا صِدْقًا صِدْقًا صِدْقًا

إِنَّ ٱلدُّنْيَا قَدْ غَرَّتْنَا وَٱسْتَهْوَتْنَا وَٱسْتَلْهَتْنَا

لَسْنَا نَدْرِي مَا قَدَّمْنَا إِلَّا أَنَّا قَدْ فَرَّطْنَا

يَا ٱبْنَ ٱلدُّنْيَا مَهْلًا مَهْلًا زِنْ مَا يَأْتِي وَزْنًا وَزْنًا

Fertur *Ali, Mohammedis* patruelis, postea gener ac tandem Chalifa, cujus carmina *Arabibus* multùm celebrantur, auditæ campanæ sonitum his versibus interpretatum esse. Eorum singuli pedes Kat'ati veniunt, vel (si mavis) Edinaram post Chabnam passi.

Exemplum Kat'æ & Chabnæ in eodem versu.

يَا لَيْلُ ٱلصَّبُّ مَتَى غَدُهُ

أَقِيَامُ ٱلسَّاعَةِ مَوْعِدُهُ

Scansio

Scansio ejus.

غَنْهُو	بِمُتَي	لُصْصَبْ	يَأنَيْ
فَعِلُنْ	فَعِلُنْ	فَعْلُنْ	فَعْلُنْ
عَنْهُو	عَمُو	مُسْتَسَا	أقْيَا
فَعِلُنْ	فَعِلُنْ	فَعْلُنْ	فَعِلُنْ

Quod ad convenientiam inter Zehafas hujus generis & præcedentis attinet, satis erit monere Chabnam hujus cum Kabda illius in Circulo planè eandem esse, quod ex Schemate suprà posito facilè patebit: aliæ in duobus hisce generibus Zehafæ propriè dictæ nullæ sunt, cùm singulis eorum pedibus singulæ tantùm insint chordæ; chorda verò sola Zehafæ sit capax,

Huc usque de Carminum generibus, restat ut de Rhythmis sequenti capite paucis agamus.

CAP. XXII.

De Rhythmo.

RHythmus *Arabicè* dicitur قَافِيَةٌ Kafiaton, in quo definiendo in varias senten-

tias discedıtur: *Al Achfash* enim Kafiam statuit esse ultimam versus dictionem; alii duas postremas dictiones, alii ultimum pedem, alii postremas duas literas, alii ipsam literam Rhythmi. Hisce omnibus rejectis *Al-Chálili* sententiam, ab omnibus ferè receptam, sequemur: secundùm quam Kafiæ seu Rhythmi nomine venit, *Quicquid intercipitur inter postremas duas quiescentes literas versus, unà cum ipsis & vocali vel (ut nonnullis placet) literâ motâ priorem ipsarum antecedente.* Ex hac definitione constat Kafiam duas semper quiescentes complecti debere, quarum una est ultima versus litera, vel expressa vel intellecta; altera est quæ eam vel proximè, seu immediatè, nullâ sc. literâ motâ interveniente, vel mediatè præcedit, interpositâ litera motâ unâ vel pluribus, modò non excedant quatuor: quintuplex itaque cùm sit hæc varietas, quintuplicem ratione ejus denominationem sortitur Rhythmus. 1. Si duabus quiescentibus immediatè junctis terminetur versus, dicitur مترادف Motarádefon, *Continuus.* 2. Si litera una mota intercedat, appellatur متواتر Motawáteron, *Alternatus.* 3. Si duæ, متدارك Motadárecon, *Consequens*;

4. Si

4. Si tres, متراكب Motarácebon, *Confertus*; 5. Si denique quatuor, متكاوس Motacáweſon, *Turbatus*.

Prima Rhythmi ſpecies, quæ dicitur *Continua*, in eis pedibus locum habet qui vel Kaſram, vel Wakfam, vel Tasbigam, vel Edhálam paſſi in binas quieſcentes exeunt; quales ſunt فَعُولْ, & فَعُولَانْ, & فاعلان, & مفعولان, & فاعليان, & مستفعلان, & مفتعلان, aliíque per alias atque alias mutationes ex his facti, uſque ad ſeptendecim; ut in Synopſi ſuprà poſita cap. 5. videre eſt. Secunda ſpecies, quæ dicitur *Alternata*, in eis contingit pedibus, qui chordâ levi terminantur, præcedente aliâ chordâ levi vel paxillo conjuncto; hujuſmodi ſunt مفاعيلن, & فاعلاتن, & مفعولن, & فعولن, & فَعِلُنْ, & متفاعلاتن, aliique his ſimiles uſque ad numerum 21. inter quos cenſetur فَعْ, Batratum præcedente فعولن in carmine Conjuncto. Tertia ſpecies, ſeu *Conſequens*, locum habet in eis pedibus qui in paxillũ conjunctum exeunt, præcedente chordâ levi vel paxillo alio conjuncto, quales ſunt فاعلن, & مستفعلن, & مفاعلن. & متفاعلن, aliíque hujuſmodi,

 quibus

quibus annumerantur فَعَل præcedente فعولن, & فَعْ præcedente فَعُول, juxta eos qui hoc licitum habent in carmine Conjuncto, ut simul sint 11. Quarta species, seu *Conferta*, in 8. pedibus Dirimente minore terminatis locum habet; ii autem sunt مفاعلتن, & مفتعلن tum Tayatum tum Chazlatum; item فَعِلُن vel Chabnatum tantùm ob quietem literæ præcedentis, vel Chabnatum & Hadhfatum, vel Haddhatum, vel Chablatum Casfatum, فعل deniq; præcedente فعول in Carmine Conjuncto. Quinta species, seu *Densa*, locum habet in solo pede فعلتن, quem semper præcedit pes quiescenti literâ terminatus.

His de Kafia tota generatim prælibatis, partes eius proximo loco, quantâ fieri potest brevitate sigillatim expediendæ veniunt: eæ autem sex literæ communiter statuuntur (*Al Acfash* plures addit) inter quas præcipua, à qua & reliquæ pendent, ea est quam حرف الروي Harfa'lrá'wi, seu *literam Rhythmi* vocant Artifices, nos verò *Rawiyam* dicemus.

Est

Est itaq; Rawiya ea litera, cui in fine cujuslibet versus perpetuò & necessariò recurrenti totius Poematis structura quasi innititur, & ab ea denominationem sumit: ita v. gr. se habet litera ل in carmine Tograï, quod ab ea appellatur لاميّة *Lamdale.* Quod autem in fine versus recurrere dicitur Rawiya, non ita intelligendum est quasi ea semper sit ultima versus litera, cùm eam sæpe alia, ut mox videbimus, nonnunquam duæ sequantur: sed hæc in poematis diversis, nam in eodem eundem ab initio ad finem locum in singulis versibus, quibus quodammodo essentialis est, constanter tuetur.

A Rawiya hac, partim per se considerata, partim cum relatione ad id quod eam præcedit vel sequitur, variæ exoriuntur Kafiæ differentiæ.

Ratione Ráwiyæ per se consideratæ Kafia est vel مقيّدة Mokayádaton, *Ligata*, vel مطلقة Motlákaton, *Soluta*.

Kafia Ligata est, cujus Ráwiya est litera quiescens; uti ب in voce واشهب in versu illo *Amrio'l Kaisi*, quem exemplum Darbæ tertiæ Carminis الرمل suprà adduximus p: 98. Darbam autem illam (quod hîc obiter monemus) hoc modo semper venire plerique volunt.

volunt. In huiusmodi Kafia Ráwiya semper est ultima litera, vocalis verò præcedens appellatur التوجيه Attawjiho, seu *Tawjiha*, quam in singulis eiusdem poematis versibus eandem servari oportet..

Kafia soluta est, cujus Ráwiya mota est, seu *vocali prædita*; vocalis illa peculiari nomine dicitur المجرى *Almaj'ra*, & in versibus singulis immutata permanet: diximus autem suprà versum literâ quiescente semper terminari, necesse est itaque ut in hac Kafia litera saltem una Ráwiyam sequatur.

Litera Ráwiyam proximè sequens vocatur الوصل Alwaslo, nobis *Wasla* dicetur: hæc secunda est sex literarum, ex quibus Kafiam constare diximus, versui minimè necessaria, uti Rawiya; ubi tamen reperitur per totum poema eodem modo se habet, ita ut ejus loco nihil aliud substituatur. Differentiam Rawiyæ & Waslæ quod attinet, (nam hîc totius rei cardo versatur) necesse est ut illa sit litera, quam vocant, Robusta: dictam enim volunt à verbo روى Ráwa, *Constringere & colligare*, unde etiam رواء Rewáon, *funis quo sarcinæ & alia ligantur & constringuntur*; ita Rawiya totum poema, seu omnes ejus Kafias in unum quasi compingit, ad hoc

autem

autem requiritur robur. Robuſtæ hac in re habentur omnes literæ præter eas quæ Rawiyam excipientes Kaſiam reddunt ſolutam: quales ſunt ا ، و ، ي quieſcentes, ſive expreſſæ ſive intellectæ, poſt vocales homogeneas paragogicè inductæ: item ا dualis & و pluralis numeri præcedente Dammâ, & ي præcedente Ceſrâ fœminini generis in verbis ſignum, vel primæ perſonæ affixum, ſi ſit quieſcens; eædem etiam radicales in fine quieſcentes, exceptis و & ي præcedente Fathâ, & cum eis quodammodo diphthongeſcente & ا Kaſrato, quod vocant, i.e. non producto per Meddam; ſic & ه affixum, vel fœminini generis ſignum, ſi præcedat mota, & quod adhibetur ad indicandum vocalem præcedentem, quod vocatur هاء السكت Hao'ſſacti, ſive ه *mutum*, ut in كتابيه, حسابيه, nonnunquam etiam & ه radicale, ut in اشبه, اعمه; eodem modo & ا vocalis præcedentis index, ut in انا, لنا, امردا; Tanwin denique ſeu Nunnatio in fine nominum, & Nun paragogicum leve in futuris verborum, aut ا quieſcens, utriuſve loco, adhibitum. Harum quælibet debilis ſeu lenis

nis habetur, ac proinde minus apta quæ ſit Rawiya; ſed poſt Rawiyam motam immediatè veniens Waſla dicitur: motam dico, quieſcenti enim, poſt quam nihil ſequi ſuprà diximus, nulla Waſla competit.

Ex dictis conſtat ſolas quinque literas ا, و, ى, ي, & ه, Waſlam eſſe poſſe: harum 4. priores in hoc uſu ſemper quieſcentes habentur, poſtrema ه quandoque movetur, i. e. vocali gaudet, (cui nomen peculiare النفاذ Annafádho, *Nafadha*) adeoque aliam quieſcentem neceſſariò poſt ſe requirit.

Litera Waſlam motam ſequens appellatur خروج Alchorujo, *Chorúja*, éſtque vel ا, vel و, vel ى, pro vocali Waſlæ præcedentis ه; reliquæ enim quatuor, cùm ſemper ſint quieſcentes, uti modò dictum, Chorujam nullam habent. Hæc tertia litera eſt earum ſex, quas Kafiæ ſuprà tribuimus.

Ratione Waſlæ & Chorujæ, quæ Rawiyam ſequuntur, Kafia ſoluta (in ligata enim Rawiyam nihil ſequitur) appellatur موصولة Mauſúlaton, *Waſlata*; idque vel *ſine Choruja* quando Waſla eſt ا, و, ى, ي, aut ه quieſcens, vel cum *Choruja*, quando eſt ه motum.

Quarta ad Kafiam pertinens litera eſt الردف

الردف Ar'redfo, *Redfa*, *una* nempe *ex literis* اوي *quiescentibus Rawiyam immediatè præcedens:* hanc quibusdam Carminum generibus necessariam esse volunt *AlChalil* & alii multi, iis sc. quorum Darba in duas quiescentes exit, ut & eis quæ vel per Kat'am vel Kasram literam in fine motam vel (quod idem valet) quiescentem cum præcedente vocali amittunt, at pedum interim suorum numerum integrum servant; ut, Darba secunda carminis Extensi Kasrata, secunda Expansi Kat'ata, prima senarii Expansi Dhailata, secunda Perfecti Kat'ata, secunda item senarii ejus Dhailata, secunda carminis Rajazæ Kat'ata, secunda carminis Ramalæ Kasrata, & prima quaternarii ejus Sabgata, prima Velocis Wakfata, secunda Emissi Nahcata Wakfata, secunda quaternarii Levis Kasrata, secunda denique Conjuncti Kasrata: his accedit Darba tertia carminis Longi Hadhfata, & juxta *AlChalilum* Darba quarta ac sexta carminis Extensi Batrata, & tertia senarii Expansi Kat'ata; secundùm alios etiam Darba carminis Emissi Kat'ata, exemplum hoc afferentes, *Mohammedis Ebn Monaderi*, *AlChalili*, ut fertur, æmuli,

مَا هَيَّجَ الشَّوْقَ مِنْ مُطَوَّقَةٍ

أَوْفَتْ عَلَى بَانَةٍ تُغَنِّينَا ⁘

Nam in illo verſu antiqui cujuſdam poëtæ, ex *Abu Hanifa* ſuprà adducto, Redfa nulla cernitur; ſed nec de reliquis convenit omnibus Proſodiæ Magiſtris, cùm ex ſententia *Alacfaſhi* ea in pleriſque eleganter quidem ſed non neceſſariò adhibeatur.

Vocalis Redfam præcedens (ipſa enim quieſcens eſt, ac proinde vocali caret) appellatur الحذو Alhadhwo, *Hadhwa*, Redfæ plerunque homogenea; quam licèt ſitu præcedat, naturâ tamen quodammodo ſequitur, atque indè nomen habet: plerunq; dixi, non-nunquam enim literis و & ي contingit habere Hadhwam heterogeneam i. e. Fatham, quæ literæ ا homogenea eſt & hac in re comes inſeparabilis. Eſt & aliud inter ا & reliquas duas hîc diſcrimen, quòd cum illa harum neutra in eodem poemate jungi liceat, hæ verò altera alterius ſocietatem patiantur, ita ut ſi verſus unius Redfa ſit و proximi vel alterius cujuſque in eodem poemate poſſit eſſe ي; hac tamen lege, ut ſi Redfa

unius

unius versus sit و, vel ي præcedente Dammâ vel Cesrâ, proximi Redfa sit hæc vel illa ad libitum, sed præcedente itidem vocali homogeneâ Dammâ vel Cesrâ, non Fatha. Eodem ferè recidit regula sequens, quòd non sit jungenda Redfa Meddata, qualis est in عُمُوْت vel عمِيْن, cùm non Meddata, ut in قَوْل, قِيْل.

Quinta Kafiæ litera appellatur التاسيس Attasiso, seu *Tasisa: est autem Tasisa* ا *quiescens Rawiyam, unâ solâ literâ interpositâ, præcedens in eadem dictione.* Si enim in una dictione fuerit ا, in alia verò (quæ non fuerit prænomen affixum vel pars pronominis) Rawiya, ا illud Tasisa non est habendum, nec toti poemati necessarium, quod in Tasisa requiritur. Vocalis Tasisam præcedens (ea autem semper est Fatha) appellatur الرس Ar'rasso, *Rassa*.

Sexta harum literarum est الدخيل Addachilo, *Dachila: estque ea litera mota inter Rawiyam & Tasisam cadens.* Quælibet litera excepto Elif (ob præcedentem Tasisam) idonea est ut sit Dachila, nec ut in singulis versibus eadem recurrat necesse est; licèt melius sit ut per totum poema invariata maneat: ab eo autem quòd inter duas invariabiles,

biles, Rawiyam nempe & Tasisam, media ingrediatur, nomen suum habet. Dachilæ vocalis الاشباع Aleshba'o, seu *Eshbáa* vocatur; ea ut plurimùm Cesra est, at sive eam sive aliam ab initio ad finem poematis invariatam servari oportet.

Ab his, quas modo descripsimus, literis Rawiyam præcedentibus, triplex oritur Kafiæ differentia; ut sit vel مردفة Moraddáfaton, *Redfata*; vel موسسة Mowassásaton, *Tasisata*; vel مجردة Mojarrádaton, *Nuda*, Redfæ & Tasisæ expers.

Pro diversa itaque Rawiyæ dispositione, literarum eam præcedentium & subsequentium respectu, novem præter jam enumeratas efficiuntur Kafiæ species: cùm enim ea sit vel ligata, in qua Rawiya est ultima litera; vel soluta, cum solâ Waslâ post Rawiyam; vel denique cum Wasla & Choruja; harum autem trium quælibet sit vel Redfata, vel Tasitata, vel Nuda, liquidò constabit numerus modò dictus. Singularum exempla, quò dicta meliùs percipiantur, subjiciuntur.

I. Kafia ligata, est 1. Nuda; ut, مَنْزِلْ.

2. Redfata; ut, عَمِيدْ, قُولْ, قِيلْ, عِمَادْ, عَمُودْ.

3. Tasisata; ut, عَابِدْ.

II.

II. Kafia itidem soluta cum sola Wasla est 1. Nuda; ut, مَنْزِلَا, مَنْزِلُو, مَنْزِلِي, مَنْزِلَةْ, مَنْزِلَةٌ, مَنْزِلَهْ. 2. Redfata; ut, عُمَّانَا, عُمَّانُو, عُمَّانِي, عُمَّانَةْ, &c. sic etiam عموں & عميں & قول, قيل, subnexâ Waslâ variantur. 3. Tasisata; ut, عَامِنَا, عَامِنُو, عَامِنِي, عَامِنَةْ.

III. Kafia denique soluta cum Waslâ & Choruja, sicut præcedentes, est 1. Nuda; ut, مَنْزِلُهَا, مَنْزِلُهُو, مَنْزِلِهِي. 2. Redfata; ut, عُمَّانُهَا, عُمُونُهَا, عَمِينُهَا, قَوْلُهَا, قِيلُهَا, atque ita etiam cum reliquis Affixis عُمَّانُهُو, عمانهي &c. 3. Tasisata, ut عَامِنُهَا, عَامِنُهُو, عَامِنِهِي.

Ex his exemplis colligi potest sex hasce literas non esse omnes Kafiæ semper necessarias, sed solam Rawiyam, quam ideò Kafiæ essentialem esse suprà diximus: ea

L nonnun-

nonnunquam ſolitaria eſt, ut ل in مُنْزِل؛
quandoque pediſſequam habet Waſlam, vel
ſolam, ut in منزلا &c. vel cum Choruja, ut
in منزلها &c. quandoque anteambulonem,
vel Redfam, ut in عماد, &c. vel Taſiſam, ut
in عامر؛ vel denique harum utramlibet (ſo-
læ enim omnium altera alterius ſocietatem
non ferunt) unà cum ſequente Waſla, vel
ſolâ, ut in عمادا &c. aut عامرا &c. vel ad-
junctâ Chorujâ, ut in عمادها &c. aut
عامرها &c. In hoc ultimo exemplo litera ر
Rawiyæ locum obtinet, quam proximè ſe-
quitur Waſla ه, ei ſubjuncta eſt Choruja ا;
præcedit Taſiſa ا, inter eam autem & Ra-
wiyam media interponitur Dachila م. Eo-
dem modo ſe res habet in عمادها, عمودها,
عميدها, &c. excepto quod in his quieſcens
Rawiyam immediatè præcedens Redfa ſit,
Taſiſa verò & Dachila eis ſit nulla. Idem
judicium de ſimilibus quibuſcunque, ut
قولها, قيلها, & aliis ejuſmodi ferè infinitis.
Reſtant adhuc duæ aliæ literæ, quas dictis
ſex modo deſcriptis accenſet *Al Acfaſh*:
harum prima eſt الغالي AlGáli, *eſtq; ea*
ſæpius

علم العروض والقوافي

SCIENTIA METRICA & RHYTHMICA,

Seu

TRACTATUS DE Prosodia Arabica,

EX

Authoribus probatissimis eruta,

Operâ SAMUELIS CLERICI, inclytæ Academiæ *Oxoniensis* Architypographi.



OXONII,

Excudebat H. H. Academiæ Typographus, Anno Domini 1661.

pellatur: si enim Cesræ unius respondet Dammæ alterius, est الاقوا AlEkwáo, *Ekwáa*. Hoc minus deforme est, ideóque in Carminibus *Arabum* frequens. At cùm harum utrivis respondet Fatha, nomen habet الاصراف Alesráfo, *Esráfa*: hoc autem turpius est, nec facilè admittendum. Ekwáam nonnulli statuunt esse discrepantiam Waslæ, quando in uno versu est و, in alio ي, ut si مَنْزِلُو veniat cum مَنْزِلِي; Esrafam verò, quando adhibetur ا, ut مَنْزِلَا, cum alterutro eorum. Eadem ferè res est: nam ita se habent ad invicem vocales Damma & Cesra, ac literæ و & ي, Fatha verò ad utramlibet earum, ac ا ad literam ei vocali cognatam. Mutatâ itaque vocali Rawiyæ, necessariò sequitur mutatio Waslæ, si ea sit una trium modo dictarum: aliter si Wasla sit ه, quæ nullo discrimine quamlibet ante se vocalem patitur.

Tertia est *Discrepantia ipsius Rawiyæ*, seu *Quando in hoc versu una litera est Rawiya, in proximo alia*. Hæc discrepantia est essentialis, præcedens accidentalis: si autem literæ istæ diversæ affines fuerint, & propinqui

soni,

soni, quales sunt ب & م, ع & غ, م & ن, ن & ل, dicitur الاكفاء Alecfáo, *Ecfáa*; si remotioris soni, ut ي & ح, vel م & ل, &c. الاجارة AlEjárato, vel per ز Alejázato, *Ejára*, vel *Ejáza*. Huic eo plus inest vituperii, quo magis literæ sono discordes fuerint.

Quarta est, *Conjunctio Kafiæ Redfatæ cum non Redfata*; ut حبيب cum نجيب; توصه cum نعصه.

Quinta est, *Conjunctio Tasisatæ cum non Tasisata*; *ut* منازل cum منزل.

Sexta est, *discrepantia Eshbaæ*, seu *vocalis Dachila*, ut si jungatur كامل cum تكامل vel ذكامل, sive soluta fuerit Kafia, sive ligata; in ligata verò hoc pejus habetur, cùm vocalis Rawiyam quiescentem præcedens perinde ferè se habeat, ac si ipsius vocalis esset, unde hæc discrepantia Ekwáæ, vel Esrafæ conferenda erit: hîc quoque, ut in illis, melius convenit inter se Dammæ & Cesræ, quám Fathæ cum alterutra.

Septima est *variatio Hadhwæ*, seu *vocalis Redfam præcedentis*; e. g. si post Fatham ponatur

sæpius (ن), *nonnunquam* و, *vel* ي, *Rawiya in Kafia ligata paragogicè subinducta*, ut in المتعرقن pro المتعرق; altera المتعدي, Almotáddi, *ea autem est vel* و, *vel* ي, *VVaslæ* ة, *aliàs quiescenti*, *subnexa*, *quando vocali extra ordinem admissâ movetur*. Vocalis illa appellatur التعدي Altaáddi: ea si sit Damma, Almotaáddi est و, ut in منزلهو pro منزله; si Cesra ي, ut in منزلهي pro منزله.
Simili modo Rawiya, quæ in Kafia ligata quiescere solet, si accedat AlGáli و vel ي vocalem habet ei homogeneam; cum (ن), seu Tanwin, vocalem nullam sibi præ aliis peculiarem deposcat: vocalis autem illa, quæcunq; tandem sit, الغلو AlGolówwo nomen habet. Hæ literæ, cùm carminis mensuram excedant, (in quo non alia earũ ratio habetur, quàm literarũ & vocaliũ, quæ ad verborum inter se connexionem scribuntur quidem, sed non proferuntur) ab aliis prætermittuntur, ab aliis inter Kafiæ vitia referuntur.
Vitiosæ Kafiæ communiter numerantur octo species, quarum affectiones totidem, nominibus suis distinctæ, ordine sequuntur.

 Prima

Prima est الايطاء Alitáo, *Itáa*, *Quando vox in qua est Rawiya unius versus, in fine alterius versus eàdem scripturâ & sensu repetitur.* Quod si eadem vox eodem sensu, scripturâ nonnihil mutatâ, mox recurrat, ut رجل Rájolon, V*ir*, & الرجل Arrájolo, *idem*; vel eisdem literis diverso verò sensu, ut الرجل ad hunc vel illum *virum* particularem restrictum, & الرجل *virum*, i. e. *virili animo præditum* denotans: item ذهب Dhahaba, *ivit*, verbum, & ذهبا *Aurum*, nomen Nasbatum; فيه Fihi, *Oris ejus*, فيه *In eo*, & quæ sunt ejusmodi; illud non est ponendum in vitio, hoc verò elegantiæ potius tribuendum. Nonnulli putant satis esse si quinque vel sex versus inter duas hujusmodi voces intercedant; pleriq; septem requirunt, alii decem, alii aliter: hoc certum est eò minus peccari, quanto majore distantiâ, una ab altera remota fuerit; præsertim si in diversis partibus Poematis longioris, quæ diversi argumenti fuerint, eadem vox ad rhythmum adhibeatur.

Secunda est *discrepantia Maj'ra* seu *vocalis Rawiya*, vel *Cùm Rawiya unius versus vocali effertur ab ea diversa, quam habet proximi versus Rawiya.* Diversis nominibus ap-

pellatur

re) tanto majoris elegantiæ habetur, quanto versiculorum inter se connexio arctior est.

Ut autem vitia hæc omnia ex incuria quadam, nimisque solutâ legum Carminis observatione proveniunt; ita vice versâ, ex religiosâ & (ut ita loquar) plùs quàm accuratâ earundem curâ virtutes quædam sive excellentiæ Carminis (ut nonnullis habentur) oriri contingit; quales sunt, Restrictio Redfæ ad solum و vel ي, quorum usus promiscuus aliàs permittitur; Dachilæ verò ad literam aliquam determinatam per torum Poëma, quod aliàs etiam minus necessarium. Horum utrumque communi appellatione vocatur الاعنات Ale'náto, *Enáta, Quando præstat quis quod minimè præstare tenetur.*

Ferè oblitus eram monere Kafiam Carminis Tograï ad tertiam speciem, quam suprà *Confertam* diximus, pertinere, cùm in ea tres literæ motæ inter duas quiescentes intercipiantur; esse præterea *Solutam*, in qua Rawiya ل vocali Cesra movetur, quæ indè Almaj'ra dicitur, sequentem habens Waslam ي; *Nudam* denique, ut in qua nec Redfa nec Tasisa Rawiyam præcedat.

Atque hæc de Prosodia *Arabica* crasso

filo

filo contexuiſſe ſufficiat; quæ Lectori ſtudioſo ut non inutilia, ita nec ingrata fore mihimet ſpondeo: hac in re, ſi mea me ſpes non fefellerit, laboris peracti uſque adeò me non pœnitebit, ut ad alios mente jam deſignatos eò alacriùs me accincturus ſim. Statueram quidem, quò Authoritatis nonnihil hiſce accederet, *Abdallahi Chazragii* de hoc argumento carmen, quod hunc in finem verſione Latina & notis adornaveram, unà edidiſſe; ſed auctâ ultra expectationem libri mole, & Bibliopolâ editionem urgente, conſilium mutare coactus ſum, & in aliud tempus illud rejicere unà cum aliis, favente Numine, edendum.



FINIS.

ponatur Cesra, ut in صَدِين & صِدِين, vel Damma, ut in قَوْل & قُول. Conjunctio tamen Fathæ & Cesræ minus hîc culpatur, quod eis etiam nonnihil cognationis intercedat, ut quæ aliàs altera in alterius locum nonnunquam succedant.

Octava est *variatio Tawjihæ*, seu *vocalis Rawiyam in Kafia ligata præcedentis*; ut si jungatur حَرْم, vel حِرْم, vel حُرْم, cum reliquorum duorum altero. Hoc alii vitio non vertunt, ob frequentem ejus apud Poëtas usum: alii tanquam Ekwáam ducunt, quòd vocalis ante quiescentem perinde sit ac si super eam esset; ideóque & hîc conjunctio Fathæ cum Dammâ, vel Cesrâ, plus habet deformitatis, quàm si hæ duæ inter se copulentur, quod sæpe de reliquis jam dictum.

Quinque hisce postremis nomen est commune السناد Assenádo, *Senáda*: singulæ autem afficiunt Kafiæ partem aliquam quæ Rawiyam præcedit, qua adjectâ denominatur vel *Senáda Redfæ*, vel *Tasisæ*, vel *Eshbaæ*, vel *Hadhwæ*, vel *Tawjihæ*.

His Kafiæ vitiis duo alia adjungi possunt, الاقعاد Alek'ádo, *Ek'áda*, seu *variatio Arudæ*; ut si in Poëmate Carminis Perfecti (cui

Car-

Carminis Generi peculiare hoc esse quidam volunt) Arudæ sanæ, Aruda occurrat Kat'-ata. Hîc dupliciter peccatur: 1. Duplicem Arudam in eodem Poëmate, 2. Illegitimam usurpando; Aruda enim in hoc Genere Kat'am regulariter non patitur. Hæc licèt Versus ipsius potiùs quàm Kafiæ affectio propriè sit habenda, Kafiæ tamen haud omnino ineptè tribuitur; cùm Rhythmus in Aruda etiam (ut suprà p. 36. & 37. dictum) sedem nonnunquam habeat.

II. التجريد Attahrido, *Tahrida*, *Similis affectio Darbæ: seu quando Darba à reliquo Poëmate diversa, & quodammodo solitaria, in aliquo versu occurrit.*

Censetur præterea inter Carminis vitia التضمين Attadmíno, *Tadmina, quando unà cum versu non absolvitur sensus*, ita ut duo versiculi, ejusdem sensus nexu quodam, inter se cohæreant. Hoc etiam ad Kafiam utcunque referri potest: frequens verò inter Poëtas *Arabes* admodum cùm sit, tum antiquos tum recentiores, *Al Acfasho* vitium non habetur; at, cùm singulos versiculos per se stare oporteat, ita ut alter alterius non indigeat, à plerisque hoc vitio datur, eóque magis, quanto plus versus unus alterius egeat ope. *Persis* contrà (quod liceat hìc observa-

re)

Spectatissimo, & Celeberrimo, viro. EDVARDO POCOCKIO, *S. T. D.* Ecclesiæ Cathedralis Christi apud Oxonienses Præbendario, Linguarum *Hebr.* & *Arab.* Professori longè doctissimo.

VIX enumerare queam (Vir meritò colendissime) quot nominibus hæc mea conamina tibi debeantur. Tu primùm cunctanti & ferè desperabundo animos fecisti: Tu, omnibus ferè adminiculis destituto, ex penu tuo locuplete quæcunque ad hanc rem opus erant abundè suppeditâsti: Tu solus eras qui hærentem, ac dubiis vel difficultatibus quibuscunque implicitum expedire potuisti: Te solùm denique idoneum novi, cujus judicio mea hæc (si modò mea & non tua potiùs dicenda sint) subjiciam. Optâssem sanè ut ipse opus hoc, quo nemo melius illud præstare potuisset, suscepisse, atque adeò Auctoris titulum, qui mihi id agendi auctor fuisti, tibi ipsi in solidum vindicâsse voluisses: sed hoc forsan à te magno Golio datum, à quo hujus argumenti tractatum promissum jamdiu expectavimus, ut aliquid adhuc restet ab eo expectandum. Non sunt hæc, fateor, usque adeò omnibus numeris absoluta, ut nihil in eis desideretur: ejusmodi tamen esse spero, ut quamvis non justam Poëseos Arabicæ institutionem efficiant, introductio saltem ad eam dici mereantur; cujus lectione studiosi ad opus illud Cl. Golii, quandocunque fidem suam liberare illi visum erit, paratiores accedant. Hinc interim videre eis licebit, quantis studiis Arabes artem hanc, non minus quàm alias,

excolant;

excolant; quámque immeritò nostratibus hæc persuasio olim insederit, atque etiamnum insideat, apud illos nil nisi Barbarum esse; omnia, perinde ac Arabia sua, arenis squalida, sylvis implicita, petris confragosa, sentibus ac spinis horrida, nihil amœni, ferè dixeram humani, habere. Quàm falsissima hæc sint Erpenius, Gravius, *&, ut alios multos præteream, túte ipse abundè demonstrâsti; ut mihi post tot tantósque viros eâ de re plura dicere planè supervacaneum sit. Dubitantibus* Abul-Pharagius *tuus, testis locupletissimus, cùm in lucem prodierit, fidem faciet: Bone Deus! quot apud illum in omni scientiarum genere clari, Mathematici, Medici, Philosophi, Poetæ, &c. singulis ferè seculis floruisse leguntur? Nisi aliis argumentis de eodem constaret, verendum esset nè Historicorum fides hac in parte laboraret. Danda itaque opera, ut quæ fando tantùm nostri dudum acceperunt, oculis tandem usurpent: & Poematia aliquot, ex infinitis ferè perquam divinis, in quibus præcepta hæc ad praxin revocari possint, publici juris fiant; quod ope tua, (si Deus vitæ usuram utrique concesserit) post alia, quæ præ manibus sunt, absoluta, fieri posse est quod sperem. Vale, Vir insignissime, & quo solitus es amore complecti perge*

Dignitatis tuæ studiosissimum.

Sa. Cl.

INDEX CAPITVM.

CAP.

XIII.

CAP.

****

قَصِيدَةُ أَبِي إِسْمَعِيلَ ٱلطُّغْرَائِيِّ

ٱلْمَعْرُوفَةُ بِلَامِيَّةِ ٱلْعَجَمِ ⁘

1 أَصَالَةُ ٱلرَّأْيِ صَانَتْنِي عَنِ ٱلْخَطَلِ
وَحِلْيَةُ ٱلْفَضْلِ زَانَتْنِي لَدَى ٱلْعَطَلِ ⁘

2 مَجْدِي أَخِيرًا وَمَجْدِي أَوَّلًا شَرَعٌ
وَٱلشَّمْسُ رَأْدَ ٱلضُّحَى كَٱلشَّمْسِ فِي ٱلطَّفَلِ ⁘

3 فِيمَ ٱلْإِقَامَةُ بِٱلزَّوْرَاءِ لَا سَكَنِي
بِهَا وَلَا نَاقَتِي فِيهَا وَلَا جَمَلِي ⁘

4 نَاءٍ عَنِ ٱلْأَهْلِ صِفْرُ ٱلْكَفِّ مُنْفَرِدٌ
كَٱلسَّيْفِ عُرِّيَ مَتْنَاهُ مِنَ ٱلْخِلَلِ ⁘

5 فَلَا صَدِيقَ إِلَيْهِ مُشْتَكَى حَزَنِي
وَلَا أَنِيسَ إِلَيْهِ مُنْتَهَى جَذَلِي ⁘

طَالَ

Carmen
ABU-ISMAELIS TOGRAI,
cui titulus
Lamiato'l-Ajam.

1. *Generositas animi custodivit me à futilitate.*
Et ornamentum præstantiæ ornavit me, cùm abessent [alia] ornamenta.

2. *Gloria mea in fine, & gloria mea in principio æqualis est.*
Et Sol prope meridiem est instar Solis ad occasum vergentis.

3 *Cur maneam Zauræ [Bagdadi,] (non [est] habitaculum meum*
In ea, neq; camela mea, nec camelus meus)

4. *Remotus à meis, inops, solitarius;*
Instar gladii cujus latera nudata sunt tegumentis?

5. *Nec [ibi mihi] amicus ad quem deferatur querela doloris mei:*
Neq; sodalis, ad quem pertingat gaudium meum.

6. Prolongata est peregrinatio mea, donec ingemiscat camela mea,
Et sella ejus, & cuspides hastarum tremularum, tenuium:

7. Et vociferetur præ lassitudine camelus meus macilentus, & exclamet ob illud quod
Patior jumentum meum, & multùm reprehendant me comites.

8: Cupivi divitias, quarum ope possem
Persolvere debita celsitudini [quæ] apud me [sunt:]

9. At Tempus invertit spes meas & fecit ut contentus sim,
Loco prædæ post laborem, reditu.

10. Fortè [aderat quispiam] staturâ procerus ad instar hastæ, inter crus & stapedem gerens
Sibi similem, haud timidus neq; imbellis,

11. Dulcis joco, severus in seriis, mixtâ
Cum asperitate fortitudinis ipsius mollitie lusus.

12. Arcui

6 طَالَ ٱغْتِرَابِي حَتَّى حَنَّ رَاحِلَتِي

وَرَحْلُهَا وَقِرَى ٱلْعَسَّالَةِ ٱلذُّبُلِ

7 وَضَجَّ مِنْ لَغَبٍ نِضْوِي وَعَجَّ لِمَا

أَلْقَى رِكَابِي وَلَجَّ ٱلرَّكْبُ فِي عَذَلِي ∴

8 أُرِيدُ بَسْطَةَ كَفٍّ أَسْتَعِينُ بِهَا

عَلَى قَضَاءِ حُقُوقٍ لِلْعُلَى قِبَلِي ∴

9 وَٱلدَّهْرُ يَعْكِسُ آمَالِي وَيُقْنِعُنِي

مِنَ ٱلْغَنِيمَةِ بَعْدَ ٱلْكَدِّ بِٱلْقَفَلِ ∴

10 وَذِي شَطَاطٍ كَصَدْرِ ٱلرُّمْحِ مُعْتَقِلٍ

بِمِثْلِهِ غَيْرِ هَيَّابٍ وَلَا وَكِلِ ∴

11 حُلْوِ ٱلْفُكَاهَةِ مُرِّ ٱلْجِدِّ قَدْ مُزِجَتْ

بِشِدَّةِ ٱلْبَأْسِ مِنْهُ رِقَّةُ ٱلْغَزَلِ ∴

12 طَرَدْتُ سَرْحَ الكَرَى عَنْ وِرْدِ مُقْلَتِهِ

وَاللَّيْلُ أَغْرَى سَوَامَ النَّوْمِ بِالْمُقَلِ ❖

13 وَالرَّكْبُ مِيلٌ عَلَى الأَكْوَارِ مِنْ طَرَبٍ

صَاحٍ وَآخَرُ مِنْ خَمْرِ الكَرَى ثَمِلِ ❖

14 فَقُلْتُ أَدْعُوكَ لِلْجُلَّى لِتَنْصُرَنِي

وَأَنْتَ تَخْذُلُنِي فِي الحَادِثِ الجَلَلِ ❖

15 تَنَامُ عَنِّي وَعَيْنُ النَّجْمِ سَاهِرَةٌ

وَتَسْتَحِيلُ وَصِبْغُ اللَّيْلِ لَمْ يَحُلِ ❖

16 فَهَلْ تُعِينُ عَلَى غَيٍّ هَمَمْتُ بِهِ

وَالغَيُّ يَزْجُرُ أَحْيَانًا عَنِ الفَشَلِ ❖

17 إِنِّي أُرِيدُ طُرُوقَ الحَيِّ مِنْ إِضَمٍ

وَقَدْ حَمَاهُ رُمَاةُ الحَيِّ مِنْ ثُعَلِ ❖

يَحْمُونَ

12. *Arcui gregem somni ab accessu ad oculum ejus,*
Cùm nox immitteret greges somni in oculos.

13. *Comites autem inclinabant se in sellis, [alius] ex commoto*
Sobrius factus, alius verò præ vino somnolentiæ [adhuc] ebrius.

14. *Tum [ei] dixi, Num voco te ad rem magnam, ut me adjuves,*
Tu tamen me destituis in casu difficili?

15. *Dormis me neglecto, cùm oculus stellæ vigilet:*
Et [tu] mutaris, colore noctis non mutato?

16. *Nunquid juvabis contra errorem in quo lubens sum?*
Error enim cohibet aliquando à metu.

17. *Ego siquidem cupio noctu accedere ad cœtum circa Edamum [montem degentium:]*
Atqui prohibent ab accessu ad eum sagittarii familiæ Thoalitarum.

18. *Tuentur gladiis & hastis lentis [illas quæ sunt] in eo*
Nigras cincinnis, rubras ornamentis & stolis.

19. *Eas ergo nobiscum sub præsidio noctis temerè oberrans:*
Fragrantia enim odoramentorum diriget nos ad tentoria.

20. *Atqui amica [mea est] ubi [sunt] inimici & Leones cubantes,*
Circum latibula capreolarum, quibus [est] sylva ex hastis.

21. *Petimus educatam in recessu vallis, cujus irrigatæ sunt*
Cuspides aquis joci & nigredinis ciliorum.

29. *Utiq; auxit suavitatem sermonum [virorum] generosorum in ea*
Quod est in generosis [fœminis] metus & parsimoniæ.

23. *Pernoctat ignis amoris ab his [accensus] in jecore*
Sitibundo, at ignis hospitalitatis ab illis in collibus.

24. *Occidunt*

18 يَحْمُونَ بِالْبِيضِ وَالسُّمْرِ اللِّدَانِ بِهِ

سُودَ الْغَدَائِرِ حُمْرَ الْحَلْيِ وَالْحُلَلِ ⁘

19 فَسِرْ بِنَا فِي ذِمَامِ اللَّيْلِ مُعْتَسِفًا

وَنَفْحَةُ الطِّيبِ تَهْدِينَا الَي الْحِلَلِ ⁘

20 فَالْحِبُّ حَيْثُ الْعِدَي وَالْأُسْدُ رَابِضَةٌ

حَوْلَ الْكِنَاسِ لَهَا غَابٌ مِنَ الْأَسَلِ ⁘

21 نَؤُمُّ نَاشِئَةً بِالْجِزْعِ قَدْ سُقِيَتْ

نِصَالُهَا بِمِيَاهِ الْغُنْجِ وَالْكَحَلِ ⁘

22 قَدْ زَانَ طِيبَ أَحَادِيثِ الْكِرَامِ بِهَا

مَا بِالْكَرَائِمِ مِنْ جُبْنٍ وَمِنْ بُخُلِ ⁘

23 تَبِيتُ نَارُ الْهَوَي مِنْهُنَّ فِي كَبِدٍ

حَرَّي وَنَارُ الْقِرَي مِنْهُمْ عَلَي الْقُلَلِ ⁘

24 يَقْتُلْنَ أَنْضَاءَ حُبٍّ لَا حَرَاكَ بِهِمْ

وَيَنْحَرُونَ كِرَامَ ٱلْخَيْلِ وَٱلْإِبِلِ ❖

25 يُشْفَى لَدِيغُ ٱلْعَوَالِي فِي بُيُوتِهِمْ

بِنَهْلَةٍ مِنْ غَدِيرِ ٱلْخَمْرِ وَٱلْعَسَلِ ❖

26 لَعَلَّ إِلْمَامَةً بِٱلْجِزْعِ ثَانِيَةً

يَدِبُّ مِنْهَا نَسِيمُ ٱلْبُرْءِ فِي عِلَلِي ❖

27 لَا أَكْرَهُ ٱلطَّعْنَةَ ٱلنَّجْلَاءَ قَدْ شُفِعَتْ

بِرَشْقَةٍ مِنْ نِبَالِ ٱلْأَعْيُنِ ٱلنُّجُلِ ❖

28 وَلَا أَهَابُ ٱلصِّفَاحَ ٱلْبِيضَ تُسْعِدُنِي

بِٱللَّمْحِ مِنْ خَلَلِ ٱلْأَسْتَارِ وَٱلْكِلَلِ ❖

29 وَلَا أُخِلُّ بِغِزْلَانٍ أُغَازِلُهَا

وَلَوْ دَهَتْنِي أُسُودُ ٱلْغِيلِ بِٱلْغِيَلِ ❖

24. *Occidunt hæ emaciatos amore, quibus non ineſt motus;*

Et jugulant illi generoſos equos & camelos.

25. *Sanatur ictus haſtis in domibus eorum*

Hauſtu uno è ſtagno vini & mellis.

26, *Fortaßis ſi diverſer in receßu vallis ſecundò,*

Subrepet [proveniet] ex eo aura ſanitatis morbis meis.

27. *Non renuo vulnus amplum quod duplicatur*

Jaculatione à ſagittis oculorum amplorum.

28. *Neq; timeo gladios latos coruſcantes, qui me beatum reddant,*

Levi intuitu è rima velorum & conopæorum.

29. *Neq; deſeram capreolas quibuſcum confabuler,*

Etiamſi adorti me fuerint Leones ſylvæ inſidiis.

30. *Amor*

30. *Amor incolumitatis avertit intentionem habentis eum*
Ab excelsis, & assuefacit virum desidiæ.

31. *Quòd si ad eam inclinaveris, pares tibi specum*
In terra, aut scalam in aere, & subduc te [ab hominum consortio:]

32. *Et mitte ardua celsitudinis illis qui audent*
Ea aggredi, tu autem contentus sis eorum vice levi aliqua aspersione.

33 *Complacentia abjecti in humili vita statu paupertas [est:]*
At gloria [est] in gressu citato camelorum obsequacium.

34. *Conjice te ergo cum illis in intima desertorum, dum properant*
Æquantes habenas frænorum [quæ equis sunt] capistris [suis.]

35. *Siquidem Celsitudo narravit mihi, estque ea verax*
In illo quod narrat, gloriam esse in transmigrationibus.

36. *Quod*

30 حُبُّ ٱلسَّلامَةِ يَثْنِي عَزْمَ صَاحِبِهِ

عَنِ ٱلْمَعَالِي وَيُغْرِي ٱلْمَرْءَ بِٱلْكَسَلِ ∴

31 فَإِنْ جَنَحْتَ إِلَيْهَا فَٱتَّخِذْ نَفَقًا

فِي ٱلْأَرْضِ أَوْ سُلَّمًا فِي ٱلْجَوِّ فَٱعْتَزِلِ ∴

32 وَدَعْ غِمَارَ ٱلْعُلَى لِلْمُقْدِمِينَ عَلَى

رُكُوبِهَا وَٱقْتَنِعْ مِنْهُنَّ بِٱلْبَلَلِ ∴

33 رِضَا ٱلذَّلِيلِ بِخَفْضِ ٱلْعَيْشِ مَسْكَنَةٌ

وَٱلْعِزُّ عِنْدَ رَسِيمِ ٱلْأَيْنُقِ ٱلذُّلُلِ ∴

34 فَٱدْرَأْ بِهَا فِي نُحُورِ ٱلْبِيدِ جَافِلَةً

مُعَارِضَاتٍ مَثَانِي ٱللُّجْمِ بِٱلْجُدَلِ ∴

35 إِنَّ ٱلْعُلَى حَدَّثَتْنِي وَهِيَ صَادِقَةٌ

فِيمَا تُحَدِّثُ أَنَّ ٱلْعِزَّ فِي ٱلنُّقَلِ ∴

لو

36 لو أن في شرف المأوى بلوغ منى
لم تبرح الشمس يوما دارة الحمل ∴

37 أهبت بالحظ لو ناديت مستمعا
والحظ عني بالجهال في شغل ∴

38 لعل ان قد بدا فضلي ونقصهم
لعينه نام عنهم أو تنبه لي ∴

39 أعلل النفس بالآمال أرقبها
ما أضيق العيش لولا فسحة الأمل ∴

40 لم أرتض العيش والأيام مقبلة
فكيف أرضى وقد ولت على العجل ∴

41 غالي بنفسي عرفاني بقيمتها
فصنتها عن رخيص القدر مبتذل ∴

36. *Quod si in celsitudine mansionis* [*esset*] *consecutio votorum,*
Non desereret Sol unquam mansionem Arietis.

37. *Inclamavi Fortunam; (si vocâssem qui aurem advertere vellet--)*
At fortuna à me [*aversa*] *circa fatuos* [*erat*] *occupata.*

38. *Forsan si perspecta esset præstantia mea & vilitas eorum*
Oculo ejus, obdormiret illis aut evigilaret mihi.

39. *Mulceo animam meam spe quam expecto:*
Quàm angusta [*foret*] *vita, nisi* [*esset*] *latitudo spei!*

40. *Non placuit mihi vita, cùm dies accederent,* [*secundi essent:*]
Quomodo ergo placeat, cùm recedant festinanter?

41. *Magno æstimat animam meam cognitio mea valoris ejus;*
Custodivi ergo eam ab eo qui vilis pretii est, sui negligens.

42. *Mos*

42. *Mos quidem gladii est ut fulgeat nitore suo;*
At non præstat quicquam nisi in manibus fortis.

43. *Non optâßem ut protraheretur mihi tempus meum,*
Donec viderem imperium vilium & infimorum.

44. *Anteiverunt me homines quorum cursus erat*
Post gressum meum cùm incederem lento passu.

45. *Hæc est remuneratio viri, cujus socii mortui sunt*
Ante eum, cùm optaverit [ille] amplius vitæ spatium.

46. *Quòd si me superet qui infra me [est,] non est mirum;*
Mihi exemplum est in eo quod inferior sit Sol Saturno.

47. *Sustine ergo ea nullis utens artibus, neq; impatienter te gerens:*
In accidentibus temporis [est] quod efficiet quo ius indigeas commentis. 48. *In-*

42 وعادة النصل أن يزهى بجوهره
وليس يعمل إلا في يدي بطل ∴

43 ما كنت أوثر أن يمتد بي زمني
حتى أرى دولة الأوغاد والسفل ∴

44 تقدمتني أناس كان شوطهم
وراء خطوي ان أمشي على مهل ∴

45 هذا جزاء امرئ أقرانه درجوا
من قبله فتمنى فسحة الأجل ∴

46 وإن علاني من دوني فلا عجب
لي أسوة بانحطاط الشمس عن زحل ∴

47 فاصبر لها غير محتال ولا ضجر
في حادث الدهر ما يغني عن الحيل ∴

48 أَعْدَى عَدُوِّكَ أَدْنَى مَنْ وَثِقْتَ بِهِ

فَحَاذِرِ ٱلنَّاسَ وَٱصْحَبْهُمْ عَلَى دَخَلِ ∴

49 وَإِنَّمَا رَجُلُ ٱلدُّنْيَا وَوَاحِدُهَا

مَنْ لَا يُعَوِّلُ فِي ٱلدُّنْيَا عَلَى رَجُلِ ∴

50 وَحُسْنُ ظَنِّكَ بِٱلْأَيَّامِ مُعْجِزَةٌ

فَظُنَّ شَرًّا وَكُنْ مِنْهَا عَلَى وَجَلِ ∴

51 غَاضَ ٱلْوَفَاءُ وَفَاضَ ٱلْغَدْرُ وَٱنْفَرَجَتْ

مَسَافَةُ ٱلْخُلْفِ بَيْنَ ٱلْقَوْلِ وَٱلْعَمَلِ ∴

52 وَشَانَ صِدْقَكَ عِنْدَ ٱلنَّاسِ كِذْبُهُمُ

وَهَلْ يُطَابِقُ مُعْوَجٌّ بِمُعْتَدِلِ ∴

53 إِنْ كَانَ يَنْجَعُ شَيْءٌ فِي ثَبَاتِهِمِ

عَلَى ٱلْعُهُودِ فَسَبْقُ ٱلسَّيْفِ لِلْعَذَلِ ∴

48. *Infestißimus inimicorum tuorum proximus [est,] cui confisus es:*

Cave ergo ab hominibus, & versare cum illis astutè.

49. *Siquidem Vir mundi & Unicus ejus [est,]*

Qui non confidit in mundo cuiquam.

50. *Bonitas autem opinionis tuæ de tempore, imbecillitas est:*

Opinare ergo malum, [illegible] esto ab eo in timore.

51. *Defecit fides, & abundavit dolus; & aperta est*

Distantia contrarietatis inter dictum & factum.

52. *Dedecorat autem veritatem tuam apud homines mendacium eorum.*

Et nunquid conveniat curvum cum recto?

53. *Si prosit quicquam ad hoc ut firmi maneant*

In promißis, certè [hoc est] ut præveniat gladius reprehensionem.

54. *Heus qui petis reliquias vitæ, cujus totum turbidum eſt;*

Conſumpſiſti quicquid ſynceri tibi fuit in diebus tuis primis.

55. *Quare præcipitem te das in profundo maris, ut in eo naviges,*

Cùm tibi ſufficiat de eo ſorbitio aquæ paucæ?

56. *Regnum* αὐταρκείας [*eſt*] *de quo non timetur, neq;*

Opus eſt in eo adjutoribus & aſſeclis.

57. *Speras durationem in domo cui non eſt ſtabilitas:*

Annon audiviſti de Umbra quæ non tranſeat?

58. *Et ô perite, qui ſecreta perſpecta habes,*

Sile; ſiquidem in ſilentio [*eſt*] *effugium à lapſu.*

59. *Deſtinârunt te rei, ſi eam intellexeris,*

Cave tibi, ne paſcaris cum camelis, quibus nemo eſt qui eos curet.

54 يا واردا سؤر عيش كله كدر

أنفقت صفوك في أيامك الأول ⁘

55 فيم اقتحامك لج البحر تركبه

وأنت يكفيك منه مصة الوشل ⁘

56 ملك القناعة لا يخشى عليه ولا

يحتاج فيه إلى الأنصار والخول ⁘

57 ترجو البقاء بدار لا ثبات لها


فهل سمعت بظل غير منتقل ⁘

58 ويا خبيرا على الأسرار مطلعا

أصمت ففي الصمت منجاة من الزلل ⁘

59 قد رشحوك لأمر إن فطنت له

فاربأ بنفسك أن ترعى مع الهمل ⁘



NOTÆ in Carmen ABU-ISMAELIS TOGRAI, cui titulus *Lamiato'l-Ajam.*

قَصِيدَةٌ *Poema.* A verbo قصد Kaſada, Fut. *E.* Quod cùm inter cætera ſignificet *Intendere*, ſeu *Proponere*, item *Frangere*, inde dictum eſt (inquit *Shirazius* ad conſeſſ. *Hariri.* 43.) *Poema* ſeu *Carmen* قصيدة لان الشاعر يقصد انشاءها ويوكل خاطره على نظمها ولانه يكسرها ويقطعها عن غيرها من الكلام i. *Quòd Poeta ejus compoſitionem ſibi proponat, & ad illud condendum animum intendat, & abrumpat quaſi, ſeu abſcindat illud ab aliis orationis ſpeciebus*: erit ergo vel quaſi oratio *elaborata*, vel oratio *fracta*. Inde ſignificat etiam verbum, *Carmen componere*. Ita dicunt كان اول من قصد القصايد مهلهل بن ربيعة التغلبي

الدغلبي في قتل الخيه *Primus qui composuit Poëmata fuit Mohalhel Ebn Rabiæ Taglabiensis, cùm fratrem suum occisum defleret. Mezh. c.* 49. Est autem *Alkasid*, seu *Kasidah*, (inquit Author *Kamusii)* tale carmen quod versibus integris, iisque non paucioribus quàm tribus, vel ut alii, quàm sedecim, constet.

أَبِي إِسْمٰعِيلَ ٱلطُّغْرَائِيِّ *Abi Ismael Tograii, Patris Ismaelis.*] اب enim *Patrem* significat. Uti in lingua Hebr: אָב in Syr. אַבָּא De eo autem(uti & de اخ *Frater*, & حم *Socer*,) notandum quod habet *Erpen*, Rudim. Ar. l. 3. c. 7. p. 147. quòd cum *Nun* ob constructionem (uti hoc in loco) abjiciat, ejus loco literam quiescentem assumat. In Nom. sc. و. in Gen. (ut hîc) ي. in Acc. ا. Ita in Nom. diceretur ابو اسمعيل &c. in Acc. ابا اسمعيل , اسمعيل] quare nomen hoc vocali Fatha in Genitivo terminetur, non Kesre, videre est apud *Erpenium* lib. & cap. modo citatis. p. 141. & 143. ubi monet Nomina Invariabilia habere Nominativ. terminatum in Damma. Gen. & Accus. in Fatha. Talia autem inter cætera esse pleráque hominum propria, & imprimis barbara seu peregrinæ originis: ut ابراهيم

&

& اسمعيل &c. Eſt igitur *Abu Iſmael* كنية ſeu *cognomen* Poëtæ noſtri, uti ſolenne eſt *Arabibus* homines cognominibus potius à Parentum vel liberorum nomine compoſitis, quàm nominibus propriis appellare: idque honoris causâ بعدم التصريح بالاسم فان بعض النفوس تانف من ان تخاطب باسمها *Ad evitandum illud quod diminutionis loco habent nonnulli, ut ſimpliciter & apertè nomine ſuo appellentur.* Eâdem de causâ novimus ab Hebræorum Magiſtris interdictum, nè quis Patrem ſuum vel Præceptorem nominibus ſuis ſalutaret, aut alias appellaret, ut videre eſt apud *Maimonidem* l. Yad. tr. *Talm. Tor.* c. 5. & *Mamrim* c. 6. A quo etiam diſcimus non minorem præceptoribus deberi reverentiam, imò majorem quàm parentibus; ac diſcipulos non minùs quàm filios בנים audire: quod & fatetur *Kimchius*, licet illos זרע *ſemen* dici neget, ut obiter hic ipſius verba, in notis ad *Portam Moſis* c. 8. p. 332. minùs rectè verſa, in integrum reſtituta Lectori exhibeam; כי התלמידים בנים יקראו ולא זרע *Diſcipuli appellantur Filii at non Semen.* Erat autem Poëtæ noſtri nomen الحسين *Hoſain.* Patria illi *Eſphahan Perſiæ* Metropolis. Vizieri ſeu Conſiliarii munere functus eſt apud Regē *Maſudum* Ebn *Mohammed*

mad Seljukiensem in urbe *Mausal*: donec orto inter Regem *Masudum* & fratrem suum *Mahmudum* dissidio, commissóq; prælio, captus est, & à Regis *Mahmudi* Viziero morte multatus circa annum *Hegiræ* 515, nullam aliam ob causam quàm quod كادوا خافوا من فضله (uti ex مرآة الكاتب refert *Ebn Chalican,*) *metuerent eum ob excellentes ejus virtutes*, quibus ad invidiam commoti sunt. Ideóque recensetur ab Historicis من قتله فضله *inter eos quorum virtutes mortem illis consciverunt*. Fuit enim vir tum eruditione tum virtutibus insignis, & in Poësi & Eloquentia seculi sui Phœnix. Appellationem الطغرائي sortitus est à munere, vel peritiâ scribendi طغرا Togra, i. e. *implexam istam & crassioris ductûs scripturam*, quæ Diplomatibus Principum præmitti apud eos solet, nomina & Titulos Principum istorum continens. Inde طغرائي Tograïyô, *qui talem scripturam exarat*. Nota Wesla, quæ unionis indicium super Elif articuli, illud otiosum esse nulláque motum vocali denotat, & debere consonantem sequentem cum præcedentis dictionis ultimâ vocali uniri, *Erp*. p. 12. sed & hîc ipsum Lam sequens in pronuntiando omitti debet, uti monstrat Tesdid Euphonicum Lambdale

literæ

literæ Solari ط appoſitum.

اَلْمَعْرُوفَةُ *notum*, ſeu *appellatum*] Particip. eſt paſſiv. ab عرف Arafa, Fut. E. *Cognoſcere*, *Scire.*

بِاللَّامِيَّةِ الْعَجَمِ *Lamiah Perſarum.* i. e. *Poema in Lam deſinens.* Eſt ergo لامِيّ & in Fœm. لامِيَّةٌ Poſſeſſivum derivatum à لام Lam, nomine unius è literis Alphabeti, quaſi *ad literam Lam pertinens*, ſeu *literâ Lam terminatum.* العجم *Perſarum*] aliàs *Peregrinorum* vel *Barbarorum* reddi poteſt. عجم enim vocantur, quicúnque non ſunt *Arabes*, (& peculiariter *Perſæ*) unus عجمي dicitur. Ita vocatur hoc Poema, ut diſtinguatur à celebri apud *Arabes* Poemate, à Poeta *Shaaphari* compoſito, ſub titulo *Lamiato'l Arab*, ſeu *Arabum*: innuítque hoc ab homine *Perſâ* profectum nec elegantiâ, nec ſententiarum frequentiâ & pondere, iſti alteri cedere. ب Præpoſitio aliàs ſignificat *In*, *cum* &c. hìc conſtructioni verbi inſervit. *Erp.* p. 168.

Verſ. 1.

أَصَالَةُ *Firmitas*, *Stabilitas*, *Conſtantia*: vel etiam *Magnitudo*, *Præſtantia*, *Generoſitas*. Eſt enim

enim Infinitivum à verbo اصل Aſala, quod ſignificat, uti Author *Kamuſii*, صار ذا اصل *Radicē habere*, vel ثبت ورسخ اصله *Firmam & bene fundatam radicem habere*. Eſt enim اصل Aſlon *Radix*. Cùm ad Conſilium ſeu Animi ſententiam refertur verbum, exponitur ab Authore *Kamuſii* per جاد *Bonum eſſe*; indè اصيل Aſilon, inter cætera الثابت الراي *Kam.* محكم الراي uti *Gieuharius* & alii, *Qui firmo & bene ſtabilito conſilio eſt*: & القوى من له اصل (in *Kamuſio* & Scholiaſte) *Fortis, Firmus, cui Radix eſt*. Ita مجد اصيل *Gloria firmis ſuſtentata radicibus* dicitur. Convenit cum Hebraico אֲצִילִים *Optimates, Magnates*. Exod. 24. 11.

الرَّأْيِ *Animi*.] راي Ráyon, *Conſilium, Mens, Sententia*. Radicem habet verbum راي Raa, quod, uti רָאָה apud *Hebræos*, ſignificat *videre*: tam ad Animi quàm ad Corporis oculos refertur. Hâc differentiâ (uti annotat *Gieuharius*) quod cùm de oculi ſenſu dicatur, unico, cùm de animi ſententia vel ſcientia, duplici gaudeat accuſativo: in Infinitivo habet رؤية Róuyatan, & رايا Ráyan, & راة Rátan,

Rátan, & راية Ráyatan, & رويانا Rouyánā. Inde الراي (inquit Scholiaſtes) eſt النعكر في مباني الامور ونظر عواقبها وعلم ما يوول اليه من الخطا والصواب *Cum quis principia & fines rerum conſideret, & perpendat, ut ſciat, ad quid tendant vel boni vel mali.* Pluralia habet ارا Aráon, & ارااء Ar'áon &c.

صانتني *Servavit me.*] صان Sána, Fut. يصون Yaſóuno, Infin. صونا Saunan, & صيانا Siyánan, & صيانة Siyánatan. E concavis Waw, quorum variandi rationem habetis in Gram. l. 2. c. 8. p. 75. Significat idem quod حفظ i.e. *Servare, Cuſtodire.* Pronomen primæ perſonæ hîc affixum habet, quod cùm aliàs ſit ي cum verbis eſt ني uti traditur in Gram. l. 3. c. 10. p. 161.

عن Præpoſitio ſignificans *A* vel *Ab*: & ut cæteræ omnes præpoſitiones Genitivum regit, *Erp.* p. 181. Cùm aliàs Giezmam poſſideat ن hic aſſumit Keſram, juxta regulam traditam ab *Erp.* l. 1. p. 15.

الخطل *Futilitas.*] Eſt خطل Inter cætera الكلام الفاسد الكثير i. uti Author *Kamuſii*

muſii, *Sermo corruptus*, & *multus*, *Turpiloquium* cum multiloquio conjunctum: *Oratio inhoneſta*, *obſcæna*, *Gol.* vel ut *Jeuh.* المنطق العاسس المضطرب *Sermo corruptus*, *turbatus*, *flaccidus*, ſeu *malè compoſitus*. *Vaniloquentia* ut *Raphelengius*. Ita accedit ad alteram ejuſdem nominis ſignificationem, *flacciditatem* ſc. Verbum eſt خطل Chatela. Fut. A. Infin. خطلا Chatalan. *Ita locutus eſt*, *Turpiter* ſc.. *Incompoſitè & vanè*. Quæri poteſt annon aliquam habeat affinitatem cum Hebr. הֵתֵל *Gen.* 31. 7. *Ludificavit*, *Illuſit*: unde הֲתֻלִּים *Ludificationes*, *Illuſiones*. Job. 17. 2.

وَحِلْيَةٌ *Et ornamentum*] و Conjunctio copulativa. Gram. l. 4. c. 1. p. 170. حلية *Ornamentum*. Eſt inquit *Alfiruzabadius* in *Kamuſio* ſuo الحلي AlHalyo, cum Fatha, ما يزين به من مصوغ المعدنيات او الحجارة i. e. *Monile*, ſeu *quodcunque ornamentum è metallis conflatum*, *vel è lapidibus pretioſis confectum*: cujus plur. حلي Holiyon, ſingulare magis reſtrictum حلية Halyaton. Idem etiam ſignificat حلية Helyaton cum Keſre,

Keʃre, & pluralia habet حلى Helan & Holan. Transfertur etiam ad aliud quidvis quo quis ornari dicatur: ſignificat etiam *Conditionem hominis* & *Qualitatem.* Hîc (uti monet Scholiaſtes) denotat الزينة التي يتحلى بها الانسان من الفضايل *Ornatum quem homini circundant virtutes ſuæ* Verbum eſt حلى Haliya *Ornatū eſſe:* formâ رضي Radiya, de qua vide Gram. l. 2. c.9. p. 98. Apud Hebræos idem ſignificat: nam *Pro.* 25. 12, חֲלִי כָתֶם *Ornamentum obrizi*, legimus.

الْفَضْلِ *Excellentiæ.*] Ita enim exponitur فضل Fadlon, à Grammaticis, quod ſit ضد النقص *Contrariæ ſignificationis nomini* نقص, quod *defectum* ſignificat, plur. فضول. At فضيلة, quod exponitur in Kamuſio *Gradus eminentior* في الفضل, cujus Plur. فضايل, pro *virtute* & *virtutibus* communiter uſurpatur. Verbum eſt فضل, quod formâ & نصر Naſara & علم Alema imitatur; de quibus videre licet Rud. li. 2. c. 2. p. 44, imò & formâ quâdam ex utriſq; compoſitâ, فضل Fadela, in præterito, futurum habet يفضل Yafdolo, teſte Authore *Kamuſii.* Sub الفضل hîc comprehendi

hendi monet Scholiaſtes *Scientiam*, *Mores*, *Experientiam*, *Rerum agendarum peritiam*, *& quodcunq; ſit quo alter alteri præſtet.*

زانني *Ornavit me*] زان è Concavis ي denotat *Ornare*: ei contrarium eſt شان *Dedecorare*. Inde derivantur الزينة Alzinato *Ornamentum*, & الزين Alzaino *Ornatus*, *Decoratio*; cui contrarium الشين Alſhaino. Affine eſt Syrorum & Chald. זַיֵּן Zayen *Armavit*. זַיְנָא Zaino *Arma*.

لدى Præpoſitio eſt idem ſignificans quod عند *Apud*. ظرف زماني مكاني *Particula Tempus & Locum denotans*. Idem ſignificant لَدُن et لَدْن et لُدْن et لُدُن et لَدِن et لَدُ et لَدَى et لَدْ et لَدِي inquit Author *Kamuſ*. ي hic ut Elif quieſcens pronuntiatur. v. Rud. p.9.

العطل *Abſentiam Ornamentorum.*] Infinitiv. enim eſt ab عطل Atela, quod *Ornamentis deſtitui* vel *carere* ſignificat. Ita dicunt عطلت المرأة cùm *fæmina torquibus*, *armillis*, *& monilibus ſuis caret*. De rerum etiam aliarum

abſentia

abſentiâ et privatione dici monet *Jauharius*: ut عطل الرجل من المال والادب *Caruit vir opibus & doctrinâ.* Ita etiam Syris עֲטַל Etel, *Defecit*, *Ceſſavit.*

Verſ. 2.

مَجْدِي] مَجْدٌ *Gloria. Honor*: نيل الشرف, والكرم, inquit Author *Kamuſii*, *Adeptio* ſeu *Conſecutio honoris*: Annotátque idem (uti et *Jauh.*) à nonnullis reſtringi ad eum præcipuè honorem, qui a Majoribus derivatur: ut non dicatur propriè niſi de eo, qui illuſtribus ortus ſit parentibus. Sed non videtur hoc in communi verbi uſu obſervari, ſed de honore, firmo modò et ſolido, ſive hæreditariè accepto, ſive factis egregiis acquiſito, dici. Hinc vulgò, التاجر مجده في كيسه والعالم مجده في كراريسه *Mercatoris gloria in crumena ſua, Docti in chartis.* Verbum eſt مجد Májada, ad formam Náſara, Majoda etiam, cum Dhamma in 2dâ rad. in infinitivo habet مجدا Maj'dan, et مجادة Majádatan: affine eſt *Hebraico* מגד, quod notat *quicquid in re quâpiam eximium & laudabile eſt.*

أخيرا *Ultimò* vel in *Fine*] Nota ex Hebraiſmo ſignificatione. Illis ſc. אַחַר *Poſt.* אַחֵר

 Alius,

Alius, *Alter*. Ita et *Arabibus* اخر Acharon cum Fatha in 2dâ, *Alium*, *Alterum* denotat. اخر Acheron, cum Cesra, *Posteriorem*, *Ultimum*: idem etiam اخير, Contrarium sc. τῶ اول Awalon, quod est *Prior*, *Primus*. Quod cùm secundùm originis suæ rationem deberet esse أَأْوَل aut وَوَّأَل εὐφωνίας gratiâ fit أَوَّل: ponitur ideo à Grammaticis *Arabum* in themate وأل. Utrúmque nomen hîc in accusativo positum adverbiascit, juxta regulam traditam Gram. l. 4. c. 2. p. 171.

شَرْع] Shár'on et Sháraon, quiescente media vel mota, idem quod سواء Sawáon, *Par*, *æqualis*, *similis*; vel واحد Wáhedon, *Unus*, *Idem*. Annotat *Jauharius* illud, sine ulla differentia, Masc. et Fœm. Sing. et Plur. attribui: itaque dici الناس في هذا الامر شرع *Homines hâc in re pares sunt*. Licet in fœminino dicatur etiam شرعة Sher'aton, ut dicatur هذه شرعة هذه *Hæc illi similis est*.

والشمس *Et Sol*] شمس *Arabibus* idem quod *Hebræis* שֶׁמֶשׁ *Syris* שֶׁמְשָׁא Shemsho, *Sol*, *ministrator lucis*: licèt verbum quod ministrandi significationem habet, unde nominis Etymon

Etymon ſumunt, apud *Arabes* in uſu non ſit. Apud illos, شمس Shámaſa *lucere*, vel *à Sole illuminari* ſignificat; ita dicunt, شمس يومنا i. e. صار ذا شمس *Sole illuſtratus eſt dies noſter*. Generis eſt fœm: licet terminationis maſculinæ, uti ab *Erpen.* annotatum, l. 3. c. 4. p. 124. ad quod alludens celeberrimus Poeta *Motanabbi*,

وَلَا ٱلتَّانِيثُ لِاسْمِ الشَّمْسِ عَيْبٌ

وَلَا التَّذْكِيرُ فَخْرٌ لِلْهِلَالِ

Nec nomen Fœmininum Soli dedecus,
Nec Maſculinum Lunæ gloria.

رَاَة رَأْدَ ٱلضُّحَى *Die ad meridiem tendente.*] Radon & ريد Ridon ſunt ارتفاع الضحى *Diei pars cùm Sol jam ab oriente verſus mediam cæli partem tendat*: cùm الضحى conjungi (ut hîc) ſolet; notat autem الضحى Aldoha *partem diei antemeridianam*. Eſt enim الضحوة Aldahwato, *Aurora*, ſeu *prima diei pars poſt ſolis ortum*; quæ ei ſuccedit dicitur الضحى Aldoha, *cùm jam Sol clariùs ſplendeat*, *& latiùs radios ſuos diffundat*:

 quæ

quæ poſt eam الضحا Aldoháo, *Cùm jam appropinquat meridies.* Eſt autem راد Natſabatum, ſeu in Accuſandi caſu, quòd temporis circumſtantiam denotet; de quo conſulere licet Jarumiam, in capite nominum Natſabatorum. Nominis hujus thema eſt رعد Ráëda, *Emicuit, elatáq; fuit illuſtrior diei pars*; illius ضحا Dáha, *Apparuit, conſpicuus fuit, affectus fuit à Sole.*

[أَلطَّفَل] طَفَلٌ, per vocalem Fatha mota, eam diei partem notat quâ Sol تطفل للغروب Totphalo lelgorùb, *ad occaſum vergit*, poſt العصر AlAſr, uti vocant, i. e. *mediam inter meridiem & occaſum horam.* Eſt ergo diei pars iſti alteri, quæ الضحي dicebatur, oppoſita; illa priorem, hæc poſteriorem notat. Imitatus videtur Poeta noſter hoc in verſu Celebrem iſtum Poetam *Abu'lOla Almoarri*, ubi dicit

وَافَقْتَهُمْ فِي آخْتِلَافٍ مِنْ زَمَانِكُمْ

وَالْبَدْرُ فِي الوَهْنِ مِثْلُ البَدْرِ فِي السَّحَرِ

Æquaſti illos [Majores ſc. tuos honore] *non obſtante temporis differentia,*
Uti Luna circiter mediam noctem ſimilis eſt Lunæ tempore matutino. Quod

Quod ille Lunæ, hoc noſter Soli attribuit. Illud autem *Abu'lOla* præferendum contendit *AlSephadi*, quod verbis magis perſpicuis uſus ſit quàm noſter: cùm الران & الطفل verba ſunt paulò obſcuriora; وعذوبة الالفاظ امر مهم في البلاغة inquit, i. e. *ſuavitatis autem & perſpicuitatis verborum, in elegantia ſermonis, maxima habenda eſt ratio.*

Verſ. 3.

فيمَ *Quare. Quamobrem.*] Compoſitum è præpoſitione في *In*, & ما *Quod*, vel *quid*. Idem ſc. quod *Hebr.* מָה & *Syr.* מָא de rebus dicitur, ut من Man, de perſonis, uti monet *Erp.* l. 3. c. 10. p. 160. Quando interrogat, idem valet quod اي شي *Quæ res?* Et cùm accedit particula Jerrans, ſeu Præpoſitio Genitivum poſtulans, abjicitur *Elif*, retentâ tamen vocali ejus *Fatha* لبيان على ان المحذوف من جنسها *in abjectæ literæ cognatæ ſignum:* ita dicitur بِمَ فِيمَ عَلَامَ لِمَ (non بما فيما &c.) ſine ا in fine, quod retinere minus elegans, aut potiùs purus putus ſolœciſmus reputatur. Unde illud, quod

quòd interrogatus Doctus quidam ab homine Plebeio, بِمَ تُوصِينِي *Quid mihi in mandatis das*, salsè illum, ut sermonis rudem, excipiens responderit, بِتَقْوَي اللّٰهِ وَاسْقَاطِ الالف, Hoc tibi præcipio, *ut Deum colas*, & *literam* Elif *abjicias*. Imò & vocalem ipsam aliquando abjiciendi Poetis conceditur licentia, apud quos لِمْ pro لِمَ occurrit.

الْإِقَامَةُ *Mansio*] i.e. *Maneam*. اقامة Infinitivus est ab اقام Akáma, 4tæ conjugationis à قام Káma verbo concavo Waw, idem significante quod *Hebr.* קוּם vel קָם, *Syr.* קָם *stare* sc. Indè اقام in 4tâ conjugat. quod idem notat quod دام Dama, *Mansit*, seu لَزِمَ مكانا لا يفارقه *Loco adhæsit*, *nec ab eo discessit*. Significat item transitivè *manere fecit*, item *stare fecit*, &c. Inde Infinit. seu nomen verbale اقامة Ekámaton, seu τὸ *manere*.

بِالزَّوْرَاءِ *In Zaura*, *vel Zauræ*, i.e. *Bagdadi*] *Bagdadum* urbem celebrem ad *Tigris* fluvii ripam, extruere cœpit *Almansor* Chalifa, anno post centesimum quadragesimo;

mo; *Gregorius*, Hiftoria *Saracenica*, aliiq; referunt ad annum centefimum quadragefimum quintum: quadragefimo fexto in eam fe tranftulit, quadragefimo nono denuò perfectum eft opus. Varia ea fortita eft nomina inter cætera. الزوراء Alzawrà, cum Fatha fuper primam non Dhamma, uti malè in libris impreffis legitur. Ita appellata eft, uti volunt Author *Kamufii* & Celebris ille Geographus *AbulFeda*, لان ابوابها الداخلة جعلت مزورة عن الخارجة *Quòd Portæ ejus interiores obliquè fitæ fint ad exteriores.* الزور Alzáwaro *Inclinationem & obliquitatem*, & *dorfi gibbofitatem* feu *curvitatem* quandam notat: unde الازور Alázwaro, *qui ita fe habet*, cujus fœmininum الزوراء. ازور Azwarra, in nonâ conjug. & تزاور Tazáwara in fextâ, *Inclinare*, *declinare*, & *deflectere* fignificat. Aliquam cum *Hebr.* זור vel זָר *Alienari*, affinitatem habet. *Alfephadius* et *Saphioddin Abdo'l Mumen* aliam afferunt nominis hujus rationem, licet ab eadem verbi fignificatione; ita dici eam fc. لانحراف قبلتها *Ob inclinationem* feu *obliquum fitum Keblæ ejus*, feu loci ad quem fe orantes dirigunt. Utrúmque Etymon quod fatis probabile

babile reddat et illuſtret, præbet locus iſte apud præſtantiſſ. Hiſtoricũ *Gregorium Abu'l-Farajium*, (qui jam ſub prelo hîc eſt, brevi, volente Deo, proditurus) p. 219. ubi de hâc urbe verba faciens, ait, جعل المدينة مدورة لئلا يكون بعض الناس اقرب الي السلطان من بعض وعمل لها سورين الداخل اعلي من الخارج وبني قصره في وسطها والمسجد الجامع بجانب القصر وقبلته غير مستقيمة يحتاج المصلي ينحرف الي باب البصرة *Urbem formæ circularis conſtituit* [*AlManſor*] *ne alii aliis propiùs à Rege abeſſent; eámque duplici muro cinxit, quorum interior exteriore altior, arcemq; in ejus medio extruxit, & prope eam Templum magnum, cujus Kebla obliqua fuit, adeo ut neceſſe haberet, qui oraret, inclinare ſe verſùs portum Baſora*. Hæc ille. Vocatur etiam *Tigris* fluvius زوراء, ſignificat etiam *Arcum* ob eandem curvaturæ rationem.

سكني *Familia mea*, vel potius *Deliciæ meæ*, ſeu *Amores mei.*] سكن Sácana, verbum, apud *Arabes* idem ſignificat quod apud *Hebræos* שָׁכַן et *Syros* שְׁכַן ſc. *habitare, reſidere*

reſidere; unde السكن Alſácano, & السكنى Alſócna *habitatio*, & مسكن Máſcanon vel Maſcenon, *Manſio*, *habitaculum*, & السكن AlSacno, *Familia*, vel *domeſtici* alicujus: ſignificat etiam *Quieſcere*; unde السكن Alſácano, quod notat ما يسكن اليه الانسان *illud ad quod animo propendet, & in cujus fruitione acquieſcit aliquis*, من الزوج وغيره (uti Scholiaſtes) ſive *de uxore*, vel *liberis*, vel *aliâ re aliquâ* dicatur: atque hâc notione hic uſurpari videtur potiùs quàm *manſionis*, & *commorationis*, quamvis & eam habeat ſignificationem, referente *Golio* in Lexico Arab.

نَاقَتي *Camela mea.*] نَاقَةٌ Camelum fœminam notat, cujus Etymon peti forſan poteſt è linguâ *Hebr.* ex eo quod legimus Geneſ. 32. 15. גְּמַלִּים מֵינִיקוֹת *Camelas fœminas lactantes.*

جَمَلي *Camelus meus*] جَمَلٌ idem quod *Hebræis* גָּמָל *Syris* גְּמַלָא *Camelus* ſc. De mare magis propriè dicitur; uti patet ex proverbio iſto استنوق الجمل i. e. *factus eſt Camelus Camela*, ubi opponũtur ناقة et جمل: eſt

eſt enim استنوق Eſtánwaka, verbum factũ à ناقة. Jactari ſolet in eos qui de re aliquâ ſermonẽ inſtituentes, alia ſubinde miſcent neutiquam ad eam pertinentia: inde ortum habuit, quòd, cùm Poeta quidam, nomine *Moſabbab*, coram Rege quodam camelum deſcribens, Epitheta quædam adduxerit Camelis fœminis propria, exclamaret *Tarfa Ebno'l Abdi*, unus ex aſſidentibus, قد استنوق الجمل *Ecce mutatus eſt Camelus mas in Camelum fœminam*. Monet tamen Author *Kamuſii* etiam جمل de fœmina aliquando, licet raró, dici. Sunt etiam verba quæ hic habemus لا ناقتي فيها ولا جملي Proverbialis loquendi forma, quâ uti ſolent في التبروء عن الشي cùm oſtendere volunt, nihil ſibi eſſe cum re vel negotio aliquo, vel illud à ſe penitus remotum cupiunt.

Verſ. 4.

ناءٍ *Remotus*] Participium eſt à verbo نأى Náa, in fut. ينأى Jan'a, Infin. نأيا Náyan, quod ſignificat *Longè abeſſe*, ſeu *Remotum eſſe*. Regit vel Accuſativum, vel Genitivum mediante præpoſitione عن: ita

ita dicunt ناءيتُهُ Naáytoho, [et. ut hic] ناءيتُ عنهُ Naayto anho, *Remotus ab eo fui.* Verbum eſt è dupliciter imperfectis, cùm ſc. mediam radicalem Hamza habeat, 3am ي: itaque quod ad mediam سال Sáala verbum Hamzatum imitatur, quod ad ultimam رمي Ráma defectivum; uti monet *Erpenius* l. 2. Rudim. c. 10. p. 106. et 107. Inde participium eſt ناءٍ Náin, *Remotus, Abſens*; ut رامٍ Ramin, à verbo رمي. Cum *Hebraico* הָנִיא *Rupit*, à themate inuſitato נוא, conferri poteſt.

[ٱلأَهْل] أَهْل *Familiam, Domeſticos, Propinquos, Aſſeclas* alicujus, ſeu omnes *qui ei chari ſunt* notat. Idem et ال ſine ه; cujus tamen radix اهل, uti monet Author *Kamuſii:* hâc verò differentiâ, quòd, cùm اهل de quibuſvis promiſcuè uſurpetur, ال non dicatur الا في ما فيه شرف *Niſi de nobilitate præſtantibus*; ita non dicatur ال الاسكاف de *familia ſutoris calcearii*, ſicut dicatur de iis اهل. Affinitatem habet cum *Hebr.* אֹהֶל *Tentorium.*

صِقْر

صفرُ ٱلْكَفِّ *Vacuus manu*, vel *vacuis manibus*] صفر Sefron inter cætera *vacuum* significat. Ita dicitur بيت صفر من المتاع *Domus supellectile vacua*, et رجل صفر اليدين *Vir manus vacuas habens*, *nihil habens in manibus*, *nihil poßidens*. Quámlibet autem vocalem hic adhibere licet, teste Authore *Kamusii*, ut dicatur vel Sáfron, vel Sefron, vel Sofron, vel etiã Sáferon, vel Sóforon. Verbum est صفر Safera, Fut. A, Infin. صفرا Sáfaran, et صفورا Sofúran, *vacuum eße*; et in quartâ conjuga. اصفر Asfara, idem quod افتقر Eftákara, *Pauperem esse*, item *Vacuum facere*.

ٱلْكَفِّ] Idem quod *Hebræis* כף et *Syris* כַּפְּתָא Cafto *manus*, *vola*: Est (inquit Author *Kamusii*) اليد او الى الكوع *manus*, *vel usq; ad carpum*. In Plur. habet اكف Acoffon, et كفوف Cafúfon, et كف Coffon. Idem hîc ergo valet صفر الكف ac si diceret انا فقير لا املك شيئا من المال في كفي *Inops sum*, *nihil opum in manibus meis habens* vel *poßidens*.

منفرن

مُنْفَرِدٌ *Separatus.*] Participium eſt 7æ conjugationis à verbo فَرِدَ (cujus ſecunda radicalis quamlibet trium vocalium promiſcuè recipit) *Separatum, ſolum, ſolitarium eſſe* in re aliqua, inde in 7â conjug. انفرد Enfarada, eâdem ſignificatione, cujus participium hìc habemus. Nomen eſt الفرد Alfárdo, *Unicus, ſingularis, ſolus.* Thema ejus habemus in linguâ *Hebr.* פָּרַד *Separavit, disjunxit.* Eſt et *Syris* פְּרַד *Fugit,* פַּרֵּד *Segregavit, ſejunxit.*

كَالسَّيْفِ *Inſtar gladii*] سَيْفٌ Saifon, unum è nominibus *enſis*, quæ *Arabibus* ultra mille, teſte Authore *Kamuſii*: Pluralia habet اسياف Aſyáfon, et سيوف Soyúfon, et اسيف Aſyofon, et مسيفة Maſyáfaton. Inde verbum ساف Fut. I. *Gladio percutere.* Nomen etiam *Syris* et *Chaldæis* in uſu סַיְפָא *Gladius.* Convenit et cum *Græco* ξίφος.

عُرِّيَ مَتْنَاهُ *Nudata ſunt latera ejus.*] عُرِّيَ Paſſivum eſt 2dæ conjugationis à verbo عرى Ariya, *Nudum eſſe,* ejuſdem formæ cum verbo رضي Rádiya, de quo videre licet

licet Gram. l. 2. c. 9. p. 98. 99. unde العري AlOryo *nuditas*; in 2dâ conjugat. عري Arra *Nudare*, in Paſſ. عري Orriya. *Hebraïcum* planè eſt. Illis enim עָרָה *Nudari*, עֵרָה in Pihel *Nudare*.

مَتْنَاهُ i.e. جَانِبَاهُ *Bina ejus latera*, i. e. *tota ejus lamina* per Synecdochen.] In linguâ *Hebraicâ* מָתְנַיִם vocantur *lumbi*, formâ duali: ita & in *Arabica* متنان Matnân; licet et متن Mátnon, ſingulare in uſu eſſe videtur *Kam.* et *Jauh.* etc. Ita enim dicunt متن فلانا Mátana, i. e. ضرب متنه Dáraba Mátnaho, *Alterum lumborum*, vel *dorſum ejus percuſſit.* Verbum متن Mátona, denotat *Durum, ſolidum eſſe.* Hîc ن dualis excidit ob affixum ه, juxta illud quod monet *Erp.* l. 3. c. 7. p. 146.

الخلل *Tegumentis*, *vaginâ*] Plurale eſt à خِلَّةٌ denotante *Tegumentum*, quo operiebantur vaginæ gladiorum, quod auro aliâve aliquâ materia ornari ſolebat. Eſt etiam quævis pellis bracteata, ſeu auri bracteolis diſtincta et ornata. Aſſimilat ergo ſe

ſe Enſi nullo ornatu adſcititio, ſed ſuâ ſolùm præſtantiâ commendato.

Verſ. 5.

فَلَا صَدِيقٌ *Neq; eſt [ibi mihi] amicus]*

Notat صدق Sádaka, *verum, veracem eſſe,* et الصدق ضد الكذب AlSádko, *Contrarium mendacio, Veritas, veracitas:* inde صديق Sadíkon, *Amicus,* الصادق في المودة *Qui verax* ſeu *ſyncerus eſt in amore;* qui verè et ſyncerè amat, et omnia amicitiæ jura obſervat. الصديق انسان هو انت الا انه غيرك *Amicus homo eſt, qui idem cum temetipſo eſt, niſi quod alius ſit:* Alter idem. Schol. ex *AlCendio.* صديق Maſculinũ eſt et fœm. Sing. et Pl. licet aliàs dicatur etiam in fœminino صديقة Sadíkaton, in plur. اصدقاء Aſdekáo &c. Inde الصداقة AlSadákato *Amor, Amicitia.* Non eſt ea inter *veritatem* et *juſtitiam* differentia, quin Thema *Hebraicæ* eſſe originis dignoſcatur; quibus צָדַק *Juſtum eſſe,* צֶדֶק *Juſtitia,* imò & *Integritas, veracitas,* צַדִּיק *Juſtus.* In صديقا Sadíka terminationem accuſativi,

ſine

sine Tanwin seu Nunnatione habemus, ob influxum particulæ لا, juxta regulam traditam ab *Erp.* l. 3. c. 7. p. 149.

مُشْتَكَى *Querela.*] Factum est nomen hoc ab infinitivo verbi اشتكى Eshtaca, 8æ conjugationis à شكا Shaca, *Queri, conqueri.* Promiscuè (inquit Scholiastes) inservire potest hæc forma quatuor usibus, ut sit sc. 1. Infinitiv. seu nomen verbale. 2. Particip. passiv. 3. Nomen temporis. 4 Nomen loci: nulla enim inter hæc quatuor, hâc in formâ, differentia. Hîc autem vult esse Masdar seu nomen verbale: quanquam non videam, cur non hîc Loci nomen obtineat; ut sit, *Non est qui sit locus querelæ meæ,* sc. ad quem deferatur, vel apud quem ponatur.

حُزْنِي *Doloris mei.*] Verbum est حزن Hazena, *Tristis fuit, doluit.* Inde nomen حزن Hóznon et Házanon, *Tristitia, Mæstitia, Dolor,* خلاف السرور *Contrarium* sc. *lætitiæ.* *Tristitiâ* et *dolore affectus* dicitur حزن Házenon, et حزين Hazínon.

أَنِيس *Sodalis, Socius.*] Verbum انس Anesa

Anefa, *Oblectare fe alicujus confortio*, vel *voluptatem capere ex ejus præfentia* vel *confortio*, *Libenter fe ei adjungere*, *Affectu propendere.* Inde انيس Anifon, *Socius*, & *Qui alicujus confortio gaudet*, et *Cujus confortio aliquis gaudet.* هو المجالس الذي يوجد منه الانس وبركن اليه ولا يتوحش منه (inquit Scholiaftes) i.e. *Talis è cujus confortio capitur voluptas*, *& ad quem inclinat aliquis*, *neq; alienum fe ei præbet.* Eft enim الانس AlAnafo contrarium الوحشة Alwáhfhati, *Feritatis*, feu *cùm quis aliquem refugit.* Hâc notione contrarium ferè eft *Hebr.* אָנַס *Violentiæ* fignificationem habentis: aliàs verò انس Enfon, et انسان Enfánon, *Homines*, feu *Hominem* denotantia (ab eâdem forf. notione, quod fit homo Animal fociabile) conveniunt cum *Hebr.* אֱנוֹשׁ *Homo.*

مُنْتَهًى *Terminus* (quafi) vel *ad quem perveniat.* Eft enim nomen verbale (inquit Scholiaftes) ab انتهى Entaha, in 8â conjugatione, fignificante *Ad terminum pervenire, pertingere:* licet hîc etiam mihi Nomen loci magis arridet. Eft نهية Nóhyaton, et

نهاية Nahayaton, *Finis, terminus.* Verbum نهى Naha, in 1â conj. aliam habet significationem *Prohibendi* sc. licet et hæc *perveniendi* aliquando ei competere videatur, uti in *Kamusio* videre est.

جَذَلِي *Gaudii mei*, seu *lætitiæ meæ.*] Malè imprimitur cum litera ز, cujus loco reponendum ذ. Derivatum à جذل Jadhela, Fut. A, idem significante quod فرح Fáreha, *Gaudere, Lætari.* Inde nomen جذل Jàdhalon, *Lætitia.*

Verſ. 6.

طَالَ *Prolongata eſt.*] طال Fut. يطول Yatúlo, Infin. طولا Túlan, è concavis Waw, v. *Erp.* l. 2. c. 8. p. 81. *Protendi, Extendi, Longum eſſe, Prolongari.* Inde الطول AlTúlo, *Longitudo*, طويل Tawilon, et طوال Tawálon, *Longus*, et طوّال Towwalon, cum Teshdid, *valdè longus.*

اغْتِرَابِي *Peregrinatio mea.*] Verbum غَرُبَ *Abeſſe*, et *Elongari* significat. Inde الغرب AlGarbo, est inter cætera, *Abitio, Elongatio,*

tio, & cum Dhamma, Al Górbo, sc. النزوح عن الوطن *Difceffio*, feu *Abfentia à patriâ*, *Peregrinatio*; uti & الغربة AlGórbato, & التغرب AlTagárrabo, & الاغتراب AlEgterábo, quod hîc habemus. Eft autem nomen verbale, feu Infinit. 8æ. Conjugat. اغترب Egtáraba, *Peregrè profectus eft*, *Peregrinatus eft*. Significat etiam *uxorem è tribu alienâ ducere*. الغريب AlGaríbo, *Peregrinus*. اغرب Agraba, *Peregrinus fuit*. Affixum ي, quod aliàs quiefcit, hîc affumit Fatham, ut & alibi in hoc Carmine, metro illud exigente.

حَتَّى *Donec.*] Particula eft Chafdans nomen, five Genitivum regens. v. lib. cent. Regent. p. 117. Inde Hifp. *Hafta*.

حَنَّ *Queritabatur, præ defiderio ingemebat.*] حن Hánna, Fut. يحن Yahénno, Infin. حنينا Hanínan; verbum furdum, de cujus formandi ratione confulend. *Erp.* Gr. l. 2. c. 5. p. 63. *Affectu commotus eft*, five *ad lætitiam*, five *ad mærorem*. Eft, inquit Author *Kamufii*, الحنين *Affectus*, *Defiderium*, *Fletus*, *Commotio præ affectu*; item,

 Vox

Vox quam elicit iste affectus; sive *ad gaudium*, sive *ad mærorem exprimendum*. Communiter usurpari solet pro querulo isto murmure Cameli, præ affectu erga fœtum suum queritantis. حنت hîc postulat syntaxeôs ratio, ut conveniat cum راحلة, quod generis fœminini est: sed حذف تا التانيث ضرورة, inquit Scholiastes, *Ta, fœminini signum, abjecit necessitate compulsus*, id postulante Metri ratione; & significationi *Cameli* magis attendens, quàm generi nominis راحلة, verbum masculini generis adhibuit, quasi dixisset جمل quod masc. est, non راحلة quod fœm. Planè convenit cum *Hebraico* חָנַן *Misericors fuit*, seu *Misertus est*: quam significationem etiam habet حن apud *Arabes*.

راحلتي *Camela mea*.] راحلة *Camela est* التي تصلح لان ترحل اي يوضع عليها الرحل i. *quæ idonea sit, cui imponatur sella*: ubi habemus verbum رحل Ráhala, *Sellam dorso jumenti imponere*, nomen رحل Ráhlon, *Sella*, quod proximè sequitur; & inde راحلة

راحلة, *Camela jam ſarcinis ferendis apta.*

وقُرِي *Et cuſpides.*] Plurale à قارِيَــــة, quod, teſte Authore *Kamuſii*, ſignificat اسفل الرمح او اعلاه وحده وحد السيف *Inferiorem haſtæ partem, vel ſuperiorem, item cuſpidem ejus, & aciem gladii.*

اَلْعَسّالَة *Haſtarum tremularum, Levium ſc.*] عسالة Plurale eſt ab عسال Aſſálon, ſignificante *Haſtam tremulam*, à verbo عسل الرمح Aſala, Fut. يعسل Yá'ſelo, Infin. عسلا Aſalan, & عسولا Oſúlan, et عسلانا Aſalánan, *Tremula fuit, Tremuit haſta.*

اَلذُّبُل *Tenuium.*] Plur. ـة ذابل Dhabelon, *Gracilis, Tenuis*, ex Epithetis calamo vel haſtæ attribui ſolitis. Verbum ذبل Dhábala, vel Dhábola, *Marceſcere*, item *Macilentum, Gracilem eſſe.* ذابل in Plur. habet ذبل Dhobolon, & Dhobalon. Ab hoc verbo *Marceſcere*, vel *Marcidum eſſe*, denotante, non malè peti poteſt origo verbi *Hebraici* דְּבֵלָה, quod eſt *Maſſa ficuum compreſſarum.* Senſus eſt, طال

اغترابي او امتد سفري الي ان حنت
راحلتي وحن رحلها وحنت اعالي
رماحي الي الدعة والسكون والاستقرار
بدلا من الاضطراب والحركة والتنقل

Eousq; prolongata est peregrinatio mea, ut jam non Queritetur solùm Camelus meus, sed ipsa etiam sella, hastarúmque cuspides, ut quiescere tandem aliquando, & à continuis istis itinerum molestiis vacare detur, petentes.

Vers. 7.

ضجيجا Infin. يضج Fut. ضج] وضج

Clamare, Vociferari. Jauh. & Author *Kamus.* hoc magis propriè dici volunt de *clamore* metu consternatorum et victorum, ut اضج Adájja in 4â conjugat. de *exultatione* præ victoriâ triumphantium. Verbum surdum. Inde dicitur *Camela, quæ cùm mulgetur murmurat*, seu *clamat*, ضجوج Dajújon. ضج البعير من الحمل dicitur (inquit *Zamachshari*) *Queritur*, seu *clamat Camelus sub onere.* Inde Proverbium ان ضج فزده وقرا

وقرا *Si queratur, adde ejus oneri.*

من لغب *Præ laßitudine.*] لغب *Laſſitudinem & defatigationem* notat, à verbo لغب Lágaba, Fut. يلغب Yálgobo, vel & Lágeba, Fut. Yálgabo, quod tamen monet *Jauharius* minus probatum eſſe; addit Author *Kamuſii*, dici etiam Lágoba, Fut. Yálgobo. Infinitiva habet لغبا Lágban, et لغوبا Logúban, & Lagúban, ſignificat autem اعيا اشد الاعيا *vehementer* ſeu *valde laßari*.

نضوي *Camelus meus Macilentus.*] Talem enim notat نضو, ſc. المهزول من الابل وغيرها *Camelum, ſeu quódvis aliud animal macilentum*: ſignificat etiam *veſtem, & ſagittam multo uſu detritam*. In 4â conjugatione انضي Anda, *Macilentum reddidit*. Item *Macilentum Camelum dedit*, item *Detrivit*. In 1â conjugatione نضي Nada, ſignificat *Veſtem detrahere, & Gladium nudare, Regionem peragrare*; item *Marceſcere*, ſeu *Evaneſcere colorem rei.*

وعج *Et exclamavit.*] Verbum ſurdum

عج Ajja, in Fut. يعج Yaéjjo, & Yaájjo, idem valet ac صاح ورفع صوته *Clamavit, & vocem ſuam ſuſtulit.* Inde العجاج AlAjjájo, *Clamoſus, Obſtreperus.*

لَمَّا أَلْقَى *Ob illud quod invenio.*] i. e. *Quod patior*, vel *quod ſubeo laboris & difficultatum.* لقي Lákiya, ejuſdem formæ cum verbo رضي Rádiya, de quo conſuli poteſt *Erp.* l. 2. c. 9. pag. 98. in Futuro habet يلقي Yálka, cujus prima perſona ſingul. eſt الفي Alka, quod hîc habemus. Infinitiv. habet لقاء et لقاة et لقيانا et لقيانة et لقيا et لقيا et لقيانا et لقية et لقي et لقاة. Idem ſignificat (inquit Author *Kamuſi*) quod راي i.e. *Vidit.* Vulgò explicatur, *Occurrere, Invenire, Incidere in.* In 2dâ & 4tâ coniugat. *Jacere, projicere,* denotat.

رِكَابِي *Cameli mei.*] رِكَابٌ ſignificat الابل التي يسار عليها *Camelos qui ad iter conficiendum aſſumuntur.* Monent Grãmatici nomen eſſe multitudinis, cui non ſit واحد لها من جنسها *Singulare ejuſdem radicis,* ſed

ſed loco ſingularis ei ſubſervire ارحلة, Plurale tamen habet الركب AlRócobo, &c. Thema eſt ركب Rácaba, quod ſignificat *Aſcendere*, *Equitare*, ut in linguâ *Hebraicâ* רָכַב. Ejuſdem originis eſt & الركب AlRácbo, quod ſtatim ſequitur, & ſignificat ركاب الابل Róccaba' lebli, *Illos qui Camelis vehuntur*; Cœtum autem talem notat, qui conſtet decèm vel pluribus. Pluralia habet اركب Arcobon, & ركوب Rocúbon. Monent Grammatici الاركوب AlOrcúbo de pluribus dici quàm الركب AlRácbo, & الركبة AlRacábato de paucioribus. Tautologiâs hîc inſimulat Poetam noſtrum *Alſephadius* Scholiaſtes, cùm nihil aliud ſonare videatur عج ركابي quàm quod prius expreſſerat ضج ضوي, ſc. *Murmur*, vel *Queſtum camelorũ ſuorum*: ſed tuetur *AlDamaminius* Poetæ partes, et minùs acutum cernere judicat illum, qui nequeat ex his verbis diverſos ſenſus elicere; dum ſc. priora ipſum Camelũ reſpiciant, poſteriora Dominum,

Dominum, qui eas ſubiit difficultates et moleſtias, ut vel ipſi Cameli non ſuâ ſolùm causâ, ſed et illius, شفقة عليه *præ miſericordiâ erga eum* tot paſſum mala, querantur et ingemiſcant.

لَجَّ, *Et multus fuit.*] لَجَّ Fut. يَلَجُّ Yalájjo, It. Yaléjjo, ut ſit vel quaſi pro Lájaja, vel pro Lájeja, denotat, *Inſtare*, *Multum eſſe*, *Valde ſe immiſcere rei alicui.* Inde Proverb. من لجّ ولجّ *Qui inſtat, ingreditur.* Kamuſ. in ولج.

الحيّ *Pagum*, *Viciniam*, vel *Cœtum simul habitantium*.] حي Háyyon, est القوم النزول في مكانهم *Populus qui sedes in loco aliquo simul fixerunt*, vel *simul in vicinia degentes*: ita Scholiastes. Sic etiam in linguâ *Hebr.* חַיָּה ut in illo loco 2. Sam. 23: 11. וַיֵּאָסְפוּ פְלִשְׁתִּים לַחַיָּה, quod reddunt *Jun.* & *Tr.* *Cùm congregarentur Philistæi in catervam*, secuti *R. Solomonem*: nam & חַיָּה aliàs non semel pro caterva ponitur, ut in eodem c. v. 13. חַיַּת פְּלִשְׁתִּים. Hîc verò per חַיָּה intelligi vult *R. D. Kimchi*, עִיר פרזות שאין לה חומה *Pagum sine muris*, in Comment. ut etiam in l. Radicum, קבוץ הבתים &c. *Congregationem domorum*, *Viciniam simul in loco aliquo muris non circundato degentium*; ut etiam *Salomo Urbinas* in Ohel Moed, in כפר. Uterque interpretationi suæ fidem adstruit ex eodem nomi-

nis خى apud *Arabes* usu, (uti *Hebræorum* Magistris in more positum est, ubi difficultatis aliquid in linguâ *Hebraicâ* occurrit) ואמרו שבלשון ערבי קורין לקבוץ הבתים אלחי inquit *Sal. Urbinas*, id est, *Dicunt siquidem quod in lingua Arabica domorum vicinarum collectionem appellent* الحي: & *R. David* in Shorashim וכן פירש רבי יונה ואמר כי כן קראו בלשון ערב לקבוץ הבתים ביחד אלחי, Ita (inquit) interpretatus est *R. Jonah*, dicitque quod *ita in lingua Arabica collectio domorum vicinarum vocetur* الحي. *R. Jonah* iste (quem hîc ut alibi frequenter laudat *R. David*) ille est qui linguâ *Arabicâ*, quâ scripsit, vocatur بن الجناح; ejus verba in كتاب الاصول seu libro radicum, hæc sunt, ואמא ויאספו פלשתים לחיה פמענאה אנתמעוא ללחי והי אלביות אלמגתמעה אלמתגאורה i. e. *Quod ad verba ista*, Et congregati sunt Philistæi ad חיה, *idem valent quod ad* الحي, i. e. *domorum collectarum viciniam*. Atque ita doctus ille *Judæus*, sive is *R. Saadia*, sive quis alius, qui Prophetas 1ores, ut vocant, in linguam *Arabicam* vertit, reddit ואנחשר אלפלשתים

אלי אלחי ארבּרשהים. Talem igitur ſimul degentiũ viciniam denotat حي, in plurali habet احيا Ahyáon. Thema eſt حي Háyya, idem quod חָיָה apud *Hebr. Vivere* ſc. Verſum hunc citat *Lud. de Dieu* ad Num. 32. 41. ut inde ſignificatum vocis חַוֹּתֵיהֶם eruat, quod ergo *villas* reddit. Atque hic error iſte eſt, in quem ſocium ſuum ſecum inducere conatur, ſc. Quod noctu locum iſtum adire velit, cùm vetitum illis ſit طروق الرجل اهله في الليل *Ut quis noctu* [*intempeſtivè*] *vel ſuos adeat*. Alios igitur, atque hos fortiſſimo præſidio munitos, aggredi ſummæ erat dementiæ, niſi quod amor pericula contemnat.

مِنْ اِضَمٍ *De Edamo*, id eſt, Circa montem *Edamum* degentium: eſt enim اضم Montis nomen.

وَقَدْ حَمَاهُ *Atqui protegunt eum*, vel *Prohibent ab acceſſu ad eum*.] Verbum حمي Háma, Fut. يحمي Yáhmi, Inf. حميا Hámyan, & حماية Hemáyatan, & محمية Mahmiyatan, explicat Author *Kamuſii* per منع *Cohibere*, *Prohibere*; *Jauh*. per دفع عن

 Repellere

Repellere ab. Dices, inquit *AlEchtari*, حماه ejusdem formæ cum رمى, valétque, حفظه ودفع عنه vel, ut *Ebn Athir*, منع منه من يقربه *Custodivit* seu *Protexit* illud, *& repulit ab eo qui accedere vellent.* Inde حمى Heman, *Res à cujus accessu prohibentur homines*; & Verb. in quartâ conjugatione احمى المكان id est, جعله حمى *Locum prohibitum fecit*, sc. eo interdixit, ut ad eum cuilibet temerè accedere non liceat: unde dictum illud *Mohammedis* لا حِمَى الّا للّه ورسوله id est, *Non licet cuipiam loco aliquo hominibus interdicere præter Deum & Apostolum ejus.* Cujus mandati hanc afferunt causam, quod ante *Mohammedis* tempora solebant Magnates, vel qui opibus & viribus magis pollerent, cùm sedes in الحمى seu loco aliquo unà cum cæteris fixissent, canem aliquem prehensum ad elatrandum vel exclamandum impellere, totúmque illud terræ spatium quod personaret vox, seu latratus iste, sibi asserere; cùm ipsi interim greges suos in reliqua loca quæcunque, unà cum aliorum gregibus, pastum liberè deducerent:

cérent: quem morem ſuſtulit *Mohammedes*, nec cuipiam hoc ultrà licere permiſit, niſi ad equos qui bellis fidei propagandæ gratiâ gerendis inſervirent, aut ad Camelos ſacris uſibus conſecratos & ſepoſitos alendos. Ab eodem themate *Camelus* admiſſarius emeritus dictus eſt الحامي de quo v. Spec. noſtrum *Arab*. p.333.

رُمَاة *Sagittarii, Jaculatores.*] رُمَاة Plurale eſt رَامٍ (ut videre eſt apud *Erp*. l. 3. c. 6. p. 132.) Participio ſc. ſeu nomine Agentis à رمى, quod Paradigmatis loco in Gram. habetis, ſignificante *Jacere*, ſeu *Projicere*, item *Jaculari*, ut *Hebr*. רָמָה, & *Syr*. רְמָא.

مِن ثُعَل *E tribu* vel *familia Thoali.*] ثعل بن عمرو *Thoal Ebn Amri* Pater erat familiæ in tribu *Tayi*, ejus poſteri *Thoal* vel *Banu Thoal*, id eſt, *Filii Thoal* appellati, ob ſummam jaculandi peritiam celebres: ex illis erat inclytus ille *Amrus Ebno'l Meſihi Thoalienſis*, qui annos jam natus 150. *Mohammedi* nomē dedit, fuítq; ارمى العرب بالسهام *Arabum quotquot erant*, vel ut alii ارمى الناس

 Ho-

Hominum jaculando peritissimus.

Vers. 18.

تَحْمُونَ بِٱلْبِيضِ *Protegunt* vel *Tuentur*, Illi sc. Sagittarii *Thoalienses*, *gladiis*.] تحمون Fut. à præcedenti حمي. بيض *Gladii* Plur. est ab ابيض Abyado, cujus significatio primaria est *Albus*, *Candidus*; inde translata significatione ad alia denotanda adhibetur, & significat *Argentum*, & *Stellam quandam juxta viam lacteam*, & *Virum famæ intaminatæ*, & *Gladium*. Ab ابيض in plurali regulariter formari deberet بيض Boydon, cum Dhamma; sed ob faciliorem prolationem, & ut ي clariùs efferatur, mutatur Dhamma in Cesram, & fit Bidon: idem autem monuimus p. 58. ad ميل quod plur. est اميل.

وَٱلسُّمْرِ ٱلّٰذّٰنِ *Et hastis lentis*.] سُمْر Plurale ab اسمر Asmaro, notante *Hastam*, pari ratione quâ ابيض ad gladium significandum adhibetur, nomine sc. à Colore illi imposito, est enim اسمر primariâ notione *Fuscus*:

Fuſcus.] سمرة Sómraton (inquit Author *Kamuſ.*) منزلة بين البياض والسواد *Gradus intermedius*, ſeu *Color intermedius inter albedinem & nigredinem*: inde verbum سمر Sámora & Sámera, *Tali colore eſſe, Fuſcum eſſe*, & Adjectiv. اسمر *Fuſcus*, & ſignificatione tranſlatâ inter alia, *Haſta.*

اَللُّدَّانِ *Lentis*, vel *Lævibus.*] Plur. enim eſt à لدن Ládnon, quod eſt (ut Author *Kamuſ.*) اللين من كل شي *Quacunq; res Lævis*, aut *mollis*, non aſpera ſc. aut dura: in Plur. habet لدان Ledánon, & لدن Lódnon. Verbum eſt لدن Ládona, Infinit. لدانة Ledánatan, & لدونة Lodúnatan.

بِهِ *In eo*, ſc. *loco*, in الحي.

سُودُ ٱلْغَدَائِرِ *Nigras cincinnis*, ſeu *Nigros habentes capillos.*] سود Súdon, Plur. ab اسود Aſwado, *Niger*, & سودا Sawdáo, *Nigra.* سواد Sewádon enim nigredinem notat, et اسود Eſwádda, in 9â Conj. *Nigrum eſſe*, ut et اسواد in 11â. Supplendum eſt

est hîc, ut in seqq. ابكارا Abcáran *Puellas*, vel نساءَ Nesáan *Fœminas*.

ٱلْغَدَائِرِ *Cincinnis.*] ضفاير الشعر (inquit Schol.) i.e. *Cincinni, Capilli intorti*. Plur. à غديرة inter cætera significante ذوابة (uti Author *Kamus.* & *Jauh.*) quod الشعر المنسدل من وسط الراس الي الظهر *Crines à medio capitis in tergum propendulos* (potiùs) notat.

حُمْرٌ ٱلْحَلِي *Rubras ornamentis.*] Ornamentis sc. ex auro fulvo conflatis indutas. حمر Hómron, Plur. est ab احمر Ahmaro, *Rubrum*, vel *Colore rubro tinctum* notante, Fœm. حمراء Hamrao. Est enim حمرة Hómraton, *Rubedo, Color Ruber:* verbum, احمر Ehmárra in 9â Conjugatione, et احمار in 11â *Rubrum esse*.

ٱلْحَلِي *Ornamentis.*] Ita sc. legendum vel AlHályi, vel saltem AlHola, utrámque enim lectionem agnoscunt exemplaria: nam forma AlHoli, quam in impressis habemus, nulla est. Si legamus AlHályi, nomen est

est significans ما تتحلى به المراة من خاتم وسوار وقلادة وغير ذلك *Quacunque adhibent mulieres ad ornatum; Annulos, armillas, inaures, torques, monilia, cæteraque ejusmodi:* in plur. habet حلى Holiyyon. Si AlHola, Plurale est ab حلية Helyaton, quod initio Poematis habuimus, idem significante, quod sc. in plur. habet حلى Helan, et Holan. Eandem, ut diximus, significationem agnoscunt *Hebræi*; ut Pro. 25. 12. חֲלִי כָתֶם *Ornamentum Obrizi*; ubi *Judæus* ille, quisquis fuit, qui Proverbia in linguam *Arabicam* transtulit, reddit חלי מן פצוץ

وَالحُلَلِ *Et vestibus* seu *stolis.*] Plur. est à singul. حلة Hóllaton, quod *Pallium* vel *Stolam* denotat; vel propriè *vestem duplicatam*; ita enim monent Grammatici, *Jauh.* Author *Kamus.* aliique, quod حلة non sit الا من ثوبين او ثوب له بطانة *nisi quod è duabus vestibus constet, aut veste, aliâ subdititiâ, duplicata.* Lucæ 15. 22. pro τὴν στολὴν, الحلة habet *Arabs* Interpres, et Mar. 12. 38. pro ἐν στολαῖς بالحلل: pro *stola* itaque aut

veſte in genere communiter uſurpari videtur. Ita igitur illas de quibus loquitur hîc deſcribit ان حليهن من الذهب الاحمر ولباسهن من الحرير الاحمر *Quod monilibus ex auro fulvo ornatæ, veſtibus autem ſericis rubris indutæ eſſent.*

Verſ. 19.

فَسِرْ بِنَا *Eas ergo nobiſcum.*] فَ uti antea monuimus, inſervit للتعقيب والترتيب *ad conſequentiam denotandam, & ſermonis ſeriem rectè ordinandam:* hîc ergo Poetam quod jam dicturus eſt, illis, quibus prius ſocium ſuum compellaverat, ſubjunxiſſe oſtendit. فسر *Jam itaq; eas.*

سِرْ Imperativ. à verbo سَارَ, cujus ratio è Grammat: ubi paradigmatis verborum concavorum ي locum obtinet, ſatis nota. *Ire, Proficiſci,* denotat. A سار يسير regulariter fieret Imp. اِسْيِرْ, ſed prima Elif Imperativo formando inſerviens excidit, juxta Reg. ab *Erpen.* traditam, l. 1. p. 16. *Elif unionis ſequente immediatè vocali excidit.*

dit. Deinde & ي ſecunda radicalis, juxta Canon. gen. 3um. qui eſt, *Literæ* اوي *quiescentes ſequente Giezma excidunt.* Sciendum autem verbum hoc non ſolum intranſitivè, ſed & tranſitivè uſurpari; ita dicitur non ſolùm سار *Ivit*, ſed & سارة *Ire eum fecit.*

في ذمام الليل *Sub protectione noctis.*] الذمام Adh'dhemámo, ut & المذمة Almadhámmato, vel Almedhámmato (inquit Author *Kamuſ.*) notant الحق والحرمة i.e. *Jus*, *Privilegium*, & الذمة Adh'dhémmato, *Pactum & Protectionem.* Frequenter (inquit *Ebno'l Athir*) occurrunt in dictis *Mohammedis* الذمة & الذمام: utrúmque autem denotat *Fœdus*, *Fidem*, *Tutelam*, *Patrocinium*, *Privilegium*, *Jus*: unde qui in fœdus, & tutelam, ſive fidem publicam recepti ſunt à *Mohammedanis*, uti Cᵗⁱᵃⁿⁱ & Judæi &c. dicuntur اهل الذمة q. d. *Populus Fœderis*, item aliquis ex illis ذمي Dhémiyyon. Notiſſima verbi ذم Dhamma ſignificatio eſt *Culpare*, *Vituperare*; atque indè hanc alteram deducit *AlMotarrezi*, ideo

ſc.

ſc. nomen ذمة *Fæderi* competere لان نقضه يوجب الذم *Quod qui illud rumpat, & promiſſum fallat, reprehenſionem & vituperium mereatur.* Ita etiam *Ebno'l Phares*, الذِّمَامُ مَا يُذَمُّ الرَّجُلُ عَلَى اضاعَتِهِ مِنْ عَهْدٍ i. ذمام *Fœdus illud dicitur, ob quod non ſervatum meretur aliquis vituperium.*

في ذمام الليل *In.* i. e. *ſub protectione,* vel quaſi *patrocinio noctis*, ejus ſc. tenebris freti, eas nos tutos præſtituras. De ليل ſupra dictum p. 50. ad illud وصبغ الليل لم يحل *Et color noctis non mutatur*, tenebris ſc. ejus nullam adhuc lucis mixturam admittentibus: liceat tamen hîc aliqua attexere, quæ ibi brevitatis cauſâ omiſimus. Diximus, Illis الليل الطبيعي, i. e. *Noctem Naturalem* dici, totum illud ſpatium temporis quod Occaſum Solis & ejuſdem rurſus Ortum intercedit: الشرعي verò, i. e. *Civilem*, ſeu *à lege definitam*, من اقبال الظلام في الشرق *Ex quo tenebræ Orientem occupant*, uſque ad الفجر الثاني *Diluculum*, vel

Cre-

Crepuſculum ſecundum, quod aliàs الصادق *Verum*, vel *Verax*, appellatur; cùm primum الكاذب ſc. *Lux mendax*, vel *Dubia* vocetur, quæ *veram* illam & *certam* præcedere ſolet, et ab ea interpoſitis rurſus tenebris diſtingui. Vocatur eadem etiam ذنب السرحان ſeu *Cauda lupi* ob coloris ſimilitudinem, ut *Græcis* ἀμφιλύκη νύξ, et λυκόφως. Dicitur autem in *Alcorano*, Tempus illud quo Nox lege apud eas definita terminatur الخيط الابيض والخيط الاسود من الفجر *Filum album & filum nigrum diluculi:* ita ſc. de jejunio menſis Ramadani verba faciens Sur. 2da وَكُلُوا (inquit) وَٱشْرَبُوا حَتَّى يَتَبَيَّنَ لَكُمُ ٱلْخَيْطُ ٱلْأَبْيَضُ مِنَ ٱلْخَيْطِ ٱلْأَسْوَدِ مِنَ ٱلْفَجْرِ i.e. *Et edite, & bibite, donec diſtinguatur vobis filum album à filo nigro auroræ*; ubi per *filum album* intelligi volunt *diluculum* vel *crepuſculi lucem*; per *nigrum*, *tenebras* ea adhuc commixtas. Traditur autem textum iſtum primo demiſſum (uti loqui amant, ſc. cœlitus delatum à *Gabriele Mohammedi*) ſine ultimis iſtis verbis

verbis من الفجر *Auroræ:* atque ita, uti sonant verba, à nonnullis acceptum, sc. *Edite, & bibite, donec distinguatur vobis filum album à filo nigro*; ut ita edendi et bibendi tempus protraherent, donec fili albi et nigri juxta positorum colores liquidò possent dignoscere. Quod cùm minus probaret Impostor, addidit verba illa من الفجر *de Aurora*, ut jam non amplius in fila linea vel lanea oculos intenderent, sed in lucis et tenebrarũ virgulas quas supra Horizontem filorum instar sub diluculum produci cernimus. Ego verò facilè crediderim ipsum Impostorem primò de ipsis filis verba posuisse, vel saltem aliter ea intellexisse quàm Magistri, à quibus hanc temporis definiendi rationem acceperat. Nullus enim dubito, hoc illũm ut ferè omnia à *Judæis* didicisse. Quæratur à *Judæo* מאימתי קורין את שמע בשחרית *Quando incipiant lectionem suam matutinam?* Respondebit משיכיר בין תכלת ללבן *Ex quo inter Hyacinthinum & album discernere quis possit*, i. e. inter fila hyacinthina et alba è peniculamentis, seu vestium fimbriis appensa. Quæratur itidem à *Mohammedano*, à quo tempore jejunium suum diurnum initium sumere debeat? Respondebit, Ex quo discerni possit filum album à filo nigro. Eadem

dem temporis notatio, nisi quod verba propriè sumat *Judæus*, *Mohammedanus* jam Metaphoricè: aliter enim ab aliquibus intellecta olim fuisse verba ista diximus. Quo præceptore usus sit *Mohammedes*, facilè conjectari liceat.

مُعْتَسِفًا *Huc illuc errans*, seu *temerè oberrans.*] Participium est 8æ conjugationis اعتسف E'tásafa, quod uti عسف Asafa, in 1â, & تعسّف Taássafa in 5â: *A via declinare*, vel *Aberrare*, item, *Per loca non trita, & devia, sine ullo viæ duce vel indicio, iter facere* significat. العسف في الاصل ان ياخذ المسافر على غير طريق ولا جادة ولا علم, (inquit *Ebn Athir*) i. e. AlAsso, *in primaria sua significatione est*, *Incedere viatorem per devia, ubi nulla via publica, nullus callis tritus, nec certum aliquod viæ indicium*. Per hujusmodi, si libet, loca me comitare, nec metuas tamen interim nè à scopo aberremus; siquidem نفحة الطيب *Fragrantia odoramentorum* &c.

وَنَفْحَةُ ٱلطِّيبِ, *Et*, vel *siquidem Fragrantia odoramentorum.*] نفحة *Fragrantia*, à

 verbo

verbo نفح Náfaha, Fut. ينفح Yánfaho, Inf. نفحا Náfhan, & نفاحا Nofáhan, et نفحانا Nafahánan, *Redolere, Odorem emittere* &c. de vento dictum *Flare*, atque ita convenit cum *Heb.* נָפַח *Spiravit, Flavit, Efflavit,* & *Syr.* נְפַח, quo sensu etiam dicunt *Arabes* نفخ cum خ:

الطيب *Odoramentorum.*] Ita enim pro *Aromatibus*, *Unguentis*, & *Odoramentis* sumi solet. Thema est طاب Concavum وي Fut. يطيب, Infin. طابا & طيبا Tiban, & طيبة Tíbatan, & تطيابا Tatyában, significans *Bonū, Jucundū*, vel *save esse, Boni* sc. *odoris*, vel *saporis*: inde الطيب *Fragrantia, Odor gratus*, & *Sapor* etiam *gratus*; Contrarium (inquit *AlMotarrezi*) خبث Chobthõ, quod *Pravitatem* & *Spurcitiam* denotat. In utrâque significatione dicetur طيب Táyyebon, & *quod Mundum est*, & *quod Jucundum* sive *gratum est*, طعما ورجا sive *Saporem*, sive *Odorem* spectes; & è contra خبيث Chabíthon, *Illud quod immundum* sive *spurcum est*, أو كريه الطعم والرايحة

aut

aut quod ſaporis vel odoris ingrati eſt. Eſt ergo طيب *Suavitas*, & *Fragrantia*, item *quicquid in unaquaq; re præſtantiſſimum eſt*, *Præſtantia*; & communiter pro *Aromatibus* & *Odoramentis* ſumitur, ut طيب لباسك *Fragrantia veſtimentorum tuorum*, *Pſ.* 44.10. Conferatur cum *Hebr.* טוב *Bonum eſſe*, & טוב *Bonum.*

ويهدينا *Diriget nos.*] Fut. ab هدي Hada, Fut. يهدي Yahdi, Inf. هدي Hodan, & هديا Hadyan, & هداية Hedáyatan, & هدية Hédyatan *Dirigere:* inde الهدي Alhoda, *Via recta*, *Directio*, ut etiam in linguâ *Syr.* הוּדְיָא.

الي آلحلل *Ad tentoria*, vel *cœtum ſimul commorantium.*] Eſt enim حلل Plur. ab حلة Héllaton, quod idem ferè ſignificat quod حي, ſc. القوم النزول *cœtum ſimul commorantium*, συγκατασκηνοῦντας, *qui ſimul tentoria fixerunt*; item Συσκήνιον, ſeu *collectionem domorum vicinarum*, ſeu *locum ubi ſedes poſuerunt:* in plur. habet etiam حلال

Helálon. Thema est verbum حل Hálla, Fut. يحل Yahóllo, & Yahéllo, Inf. حلا Hállan, & حلولا Holúlan, & حلالا Háladan, eâ notione quâ habitare significat.

Verſ. 20.

فَأَلْحِبُّ *Atqui Amaſia.*] حِبٌّ Hébbon, cum Keſre, idem eſt quod Hóbbon, cum Dhamma, *Amor* ſc. idem etiam quod حبيب Habibon, vel محبوب Mahbúbon, *Dilectus, Amatus.* De nomine حب Hébbon, hâc in ſignificatione obſervat Scholiaſtes ex *Ebno'l Anbari*, quòd يقال للمذكر والونث بلفظ واحد *& Maſculino & Fœminino competat:* habet tamen etiam in Fœm: حبة Hóbbaton, ut *Ebno'l Athir.* Thema eſt verbum حب Hábba, *Amare, Diligere*, idem quod *Heb.* חָבַב ut & *Syr.* חַבֵב.

أَيْنَ ٱلْعِدَى *Ubi ſunt inimici.*] عِدًى *Inimici*, Plurale eſt ab عدو Adowwon, *Inimicus, Hoſtis*, quod & ad Maſculinum & Fœmininum, Plurale ſimul & ſingulare denotandum adhibetur; licet habeat etiam

et

& Fœmininum, عدوة Adówwaton ſc. & Plur. tum أعداء A'dáon, tum عدى Edan, formâ cui gemina (uti refert *Jauh.* ex *Ebn Seccito*) in lingua *Arabica* non occurrit. Author tamen *Kamuſii* عدى Odan, cum Dhamma, et Edan, cum Keſra, non pro plurali habet, ſed pro اسم الجمع *Nomine collectivo*, ſeu *ſignificationis pluralis*. Verbum eſt عدي Adiya, ad formam رضي, conſtructum cum ل *odio habere*, & in 3â conjug. عادى Ada, *Inimicari*, *Inimicum eſſe alicui*. Alia hujus Thematis ſignificata hujus loci non ſunt.

وَالأُسُدُ *Et Leones*, Viri ſc. fortitudinis Leoninæ.] اسد Aſadon, *Leo* in Plur. habet اساد Aſádon, et اسود Oſúdon, et اسد Oſdon, et Aſodon, et اسدان Oſdánon. Verbum اسد Aſeda, cum Ceſra, *Viſo leone conſternatus eſt*, et è contra *Inſtar Leonis fuit*, fortitudine ſc.

رُبَّضَةٌ *Cubantes.*] Particip. à verbo ربض Rábada, Fut. يربض Yárbedo, Inf. ربضا Rábdan, et ربضة Rabádatan, et ربوضا Ro-

Robúdan, idem significante quod *Hebr.* רבץ *Cubare, Recubare:* ربض في المكان اذا لصق بها, واقام ملازما لها, inquit *Ebnol 'Athir,* i. e. ربض *dicitur, cùm quis in loco aliquo se figat, eiq; immotus adhæreat.* Observari autem potest è *Jauhario* aliisque, ربوض Robúdon, attribui Ovibus, Bobus, Equis, Canibus, &c. quando humi procumbunt; ut بروك Borúcon, Camelis, جثوم Jothúmon, Volatilibus, et جلوس Jolúson, Hominibus.

حَوْلَ *Circùm.*] Idem valent حَوْلَ & حَوَالَ et حَوْلَيْ et حَوَالَيْ et أَحْوَالَ. *Ebn 'Athir,* رايت الناس حوله مطيفين به من جوانبه *Vidi homines,* & حواليه i. e. *ex omni parte illum circundantes.*

آلْكِنَاسِ *Latibulam Capreolarũ.*] كِنَاسٌ dicitur *Latibulum Capreolarum Arboreum,* vel *Locus arboribus consitus, in quem se recipere & latere solent;* Plur. كنس Cónoson et Cónnoson. Verbum كنس Cánasa, Fut. يكنس Yácneso, *In istiusmodi latibulum se recipere:* كنس Cánasa verò quod

quod Fut. habet Yácnoſo, eſt *Verrere*, *Scopis mundare*; atque inde vult Author *Kamuſii* appellari Latibulum Capreolæ كناس ſc. لانه يكنس الرمل حتي يصل *Quòd arenam everrat, quò ad illud perveniat.* Ita in linguâ etiam *Syriacâ*, ܟܢܫ eſt et *Verrere*; et *Congregare*; unde ܟܢܘܫܬܐ *Cœtus*, et *Synagoga*: unde كنيسة etiam *Arabibus* dicitur *Judæorum Synagoga*, *Chriſtianorum templum.*

غابٌ *Sylva*, *Nemus.*] Plur. غابات: ita dicta, inquit *Ebnol Athir*, لانها تغيب ما فيها *Quia* Togáyyibo *abſcondat quod in illa eſt*, à verbo غاب *Abeſſe*, *Latere*. Idem eſt *Syris* ܥܒܐ. Thema è linguâ *Hebr.* peti poteſt, עָבָה *Denſus fuit.*

مِنَ الأَسَلِ *Ex haſtis.*] أَسَلٌ Uno ore exponunt Grammatici رماح i. *Haſtæ*, ut ita ſit nomen Collectionis, vel Pluralem habens ſignificationem. Primaria ejus ſignificatio, inquit *Ebn Athir*, *eſt Planta quædam ramuſculos frequentes, & ſubtiles ſine foliis habens*; vel, ut alii, *Spina longa arboris vel plantæ cujuſlibet*: nomen magis reſtrictum vel Sing.

est ﺍﺻﻠﺔ Asálaton: indè translatâ significatione ad alia significanda adhibetur. Verbum, ﺍﺻﻞ Asola, *Longum esse*, ﺍﺻﻴﻞ *Longus*.

Vers. 21.

ﻧﺆﻡ *Petimus.*] Fut. ab ﺍﻡ Amma, verbo dupliciter imperfecto, Hamzato sc. & surdo. Hamza primæ rad. cùm per Dhamma moveatur, mutatur in ﻭ juxta Can. 1um Elif, Gram. p. 22. Inter cætera significat *Intendere*, vel *Cupere*, *Petere*, ut & ﺍﻣﻢ Ammama, in 2da Conj. & ﺗﺎﻣﻢ Taámmama, in 5a, et ﺍﻳﺘﻢ Itámma in 8a.

ﻧﺎﺷﺌﺔ *Quæ crevit* vel *Adolevit*, vel *Adolescentulam.*] Particip. est à ﻧﺸﺎ Náshaa, verbo Hamzato, 3am sc. Rad. Hamza habente, *Crevit*, *Adolevit*, item *Elevatus est*: inde in particip. ﻧﺎﺷﻲ Náshiyon, Fœm. ﻧﺎﺷﻴﺔ Nashiyaton. Dicitur aliàs ﻧﺎﺷﻲ et de *Adolescentulo*, et de *Adolescentula*. Affinitatem habet manifestam cum *Hebr.* נָשָׂא inter cætera significante, *Sustulit*, *Elevavit*, et in Niphal *Extulit se*, *Elevatus fuit*.

ﺑﺎﻟﺠﺰﻉ *In recessu vallis.*] ﺍﻟﺠﺰﻉ cum

Cesra

Ceſra (inquit Author *Kamuſi*, licet contendat *Abu Obaid* debere Fatha inſigniri) eſt منعطف الوادي ووسطه او منقطعه او منعناه *Curvatura vallis & media pars ejus, aut ubi abſcinditur*, ſeu *deſinit*, aut *ubi inclinat, & curvatur, Receſſus vallis:* ſecundū nonnullos hanc appellationē non ſortitur, niſi quæ ſpatium et latitudinem habeat, ubi creſcunt arbores; juxta alios, *locus eſt in valle arboribus carens*. Eſt item محلة القوم *Locus ubi ſimul degit populus, Pagus*. Thema eſt verbum جزع Jázaa, affinitatem habens cum *Hebr.* גָּרַע *Abſcindere*.

سُقِيَتْ *Irrigata ſunt.*] Sing. Fœm. Præter. paſſivi, à verbo سقى Saka, *Rigare, Irrigare, Adaquare, Potum præbere*, tam in 1ª, quàm in 2ᵈᵃ, et 4ᵗᵃ conjugat. idem quod הִשְׁקָה *Hebr.* à Themate inuſitato שקה, ſic et in lingua *Syr.* אַשְׁקִי.

نِصَالُهَا *Cuſpides ejus*, ſc. haſtarum, quibus eam tuentur & protegunt viri illi fortiſſimi.] نصال Neſálon, et انصال Anſálon, & نصول Noſúlon, Pluralia ſunt à نصل

Naſlon,

Naſlon, quod eſt حديدة السهم والرمح *Ferrum haſtæ & ſagittæ*, i. e. *Cuſpis*, item *Gladius ſine capulo*. Inde verbum نصل et انصل in 4ta conjug. *Sagittam vel haſtam cuſpide munire*, et è contra etiam *cuſpidem ei detrahere*; unde Menſis رجب dicebatur olim منصل الاسنة i.e. *Extrahens cuſpides*, quia in eo cuſpides haſtis extrahebant, nec alii alios hoſtiliter invadebant: item نصل السهم فيه *Infixa eſt in eo ſagitta*, et è contra *Exiit*, vel *Excidit ab eo*, et in quarta conj. *Evellere, Auferre*; atque ita convenit cum *Hebr.* נצל *Evaſit, Ereptus fuit*.

بمياه *Aquis*.] Dicitur *Aqua* Arabibus ماه Máhon, et ماءة Máton, et ماء Máon, quod maximè in uſu eſt, verſo ſc. ه radicali in Hamza: in plur. habent امواه Amwáhon, et مياه Meyáhon. Inde verbum ماه Máha, *Aqua abundare*, & *cum aqua rem ſubintrat*, quod in Fut. habet يماه Yamáho, et يموه Yamúho, et يميه Yamiho, in Inf. موها Múhan, et ميها Maihan, et موووها Mowúhan, et ماهة Máhatan, et ميهة Maihatan.

hatan. Adject. ماه Mahon, et ماهي Mahiyon, *Aqueus*; ut cùm dicitur رجل ماه الفوان et ماهي الفوان *Meticuloſus*, quaſi *Aqueus corde*, cui multum *aquæ* in *corde* eſt, vel cui *cor* ut *aqua* metu diffluit. Conferantur hæc cum מַיִם *Hebr.* & מַיָא *Syr.*

ٱلْغُنْجِ *Joci.*] Ita ſignificant غُنْجٌ & غُنُجٌ vel potius *jocularem illam mulierum ſimulationē, quæ ἀκκισμὸς Græcis dicitur*. Verbum eſt غنج Gáneja, Fut. يغنج Yágnajo, *Delicias facere, ſimulato faſtidio ſe gerere*, ut & تغنج Tagánnaja, in 5ª Conjug. مغناج Megnájon, et غنجة Ganéjaton, *Blande moroſa.* Affinitatem habet cum *Hebr.* עָנַג *Deliciari*, עָנֹג *Delicatus*, עֲנֻגָּה *Delicata*.

وَٱلْكُحْلِ *Et nigredine.*] كُحْل Cohlon, cum Dhamma 1æ, *Arabibus* idem eſt quod כחל *Hebræis*, הַפּוּךְ ſc. *Stibium*, vel *Quidlibet quo fucantur & denigrantur oculi*, *Pigmentum oculorum*, ut & *Syr.* כַּחְלָא. Verbum *Hebr.* כחל *Syr.* כַּחַל *Arab.* كحل Cáhala, *Fucare oculos*: at كحل Cahalon,

halō 1ª & 2da motis per Fathā, *nativa nigre-do*, من غير اكتحال *nullo sc. adhibito fuco*; atque hoc sensu verbum est كحل Cáhela, Nigris ciliis fuit, & *qui talibus præditus est* dicitur أكحل Ac'halo.

Vers. 22.

زَادَ قَدْ *Utiq; auxit.*] زاد Zada, Fut. يزيد Yazido, Inf. زيدا Zaidan, & زيادة Ziyádatan, verb. Conc. ي. Sumitur & intransitivè pro *Crescere*, *Augeri*, & Transitivè, *Augere*, *Multiplicare*, adeo ut duplicem etiam regat accusativum; ita dicunt زاد ماله *Creverunt*, vel *Aucta sunt opes ejus*, & زاده الله مالا *Auxit illum Deus opibus*: sic *Ps.* 68. 31. زَادُوا الجريح وجعا *Addiderunt vulnerato dolorem*, & sim. *v.* 32 زِدْهُمْ عَلَى اثمهم اثما *Adde eis super iniquitatem suam iniquitatem*. Inde nomina زيد Záidon, Zidon, & Záyadon, et زيادة Ziyádaton, & مزيد Mazídon, & زيدان Zaidánon, *Augmentum*. Conferri potest cum *Hebr.* זוד *Superbire*, זֵד *Super bus.*

طيّب *Suavitatē* vel *Præstantiā.*] v. p. 92. 93.

أَحاديث Plur. est nominis حديث denotantis *Sermonem, Narrationem*, vel *Eloquiū*; quod in plurali minus regulariter format احاديث Ahadithon, quasi à singulari احدوثة Ohdúthatō, inquit *Jauh.* Inde dicitur حدث Hádothon, & Hádethon, & Hédthon, & حديث Háddithon, *qui multi sermonis est:* verb. حدث Haddatha, in 2^da^ Conj. *Narrare, loqui.* De aliis hujus Thematis significationibus suprà p. 65. actum, atque indê forsan hæc desumpta ة حديث significatio, quia qui *loquatur* vel *narret* aliquid, *novi* aliquid proferat.

أَلكِرام *Virorum Generosorum, Præstantium, Honorabilium.*] Est enim كرام Cerámon, plurale ة كريم Carímon, qui est, teste *Ebno'l Athir*, الجامع لانواع الخير والشرف والفضائل *Ille in quo concurrunt omnes species bonitatis & nobilitatis & virtutum.* Opponitur ة لئيم Láëmon, quod denotat الدنى الاصل الشحيح النفس uti explicat *Jauharius*, *Genere*

re ignobilem, Animo sordidum, & avarum. Est ergo è contrà الكريم *& prosapia, & animo generosus, Nobilis, Honorabilis, Nobilitate & virtute præstans, Munificus, Liberalis:* atque hâc præcipuè significatione in communi loquendi usu occurrit, quòd nihil æquè honorem conciliet ac *munificentia.* Est & ex Epithetis quæ Deo attribuere solent, & tum valet (teste *Ebno'l Athir*) الجواد المعطي الذي لا ينفد عطاوه *Benignum, seu Beneficum, Largitorem, qui largiri non cessat.* Verbum est كرم Caroma, *Talem esse, Munificum* sc. *& Generosum, tam ortu, quàm animo & moribus:* كرم يكرم Carama, Yácromo, *Munificentiâ aliquem superare.* Nomen كرم Cáramon, *Generositas, Liberalitas.* A كريم in Fœm. est كريمة Carimaton, *Generosa,* cujus plur. كرايم Carayemon mox sequitur: sed aliàs, teste Authore *Kamusii,* كريمة etiam de viro dicitur, et tum الها للمبالغة *Litera* ة *Auxeseos nota erit*; idem enim valere ait كريم et كريمة et كرمة Cérmaton, aliáque, quibus pluralia كرما Coramáon, et كرام et كرايم. At Scholiast.

هذا

هذا الجمع لا يقع على هذه الصيغة الا للمؤنث

Hoc plurale non convenit hujuſce formæ nominibus, niſi in Fœminino. Ab eodem Themate ſortita eſt *Vitis* appellationem كرم Carmon, (uti *Hebræis* כֶּרֶם et *Syr.* כַּרְמָא *Vinea.*) Ideo dictam volunt (inquit *Ebno'l Athir*) لان الخمر المتخذة منه تحث على السخاء والكرم i. e. *Quia vinum inde natum excitet ad liberalitatem, & præſtantes actiones:* atque inde celebre illud dictum *Mohammedis*, nomen hoc viti, præcipuo cujus beneficio ſuis interdicturus erat, invidentis, لَا تُسَمُّوا ٱلْعِنَبَ ٱلْكَرْمَ فَاِنَّمَا ٱلْكَرْمُ ٱلرَّجُلُ ٱلْمُسْلِمُ i. e. *Ne vocate vitem* الكرم, *ſiquidem* الكرم *eſt vir fidelis;* innuens (uti volunt interpretes) Potiùs convenire nomen hoc, à *præſtantiâ* & *munificentiâ* deſumptum, viro pio, qui talem ſe præſtare, atque hos fructus proferre debet, quàm viti.

بِهَا *De ea.*] Ut ب hîc valeat idem quod عن, ita Scholiaſtes.

مِن جُبْن *E metu, Timiditate.*] جُبْن ſignificatione contrarium eſt nomini شجاعة Sha-

Shajáaton, quod *fortitudinem*, vel *audaciam* denotat, à verbo جبن Jábana, vel Jábona, Fut. يجبن Yáj'bono, Inf. جبنا Jóbnan, et Jóbonan, *Timidum esse*; et *Qui timidus est*, جبين Jabínon, et جبان Jabánon, & Jabbánon, audit. Nota est & alia جبن Jobnon et Jóbonon significatio, qua *Caseum* sc. denotat, ut *Hebr.* גְּבִינָה.

وَمِنْ بُخْلٍ *Et Parsimonia.*] بُخْلٌ et بُخُولٌ & بَخْلٌ et بَخَلٌ contraria fere sunt nomini كرم, cujus modò facta mentio, *Avaritia* sc. & *sordida parsimonia.* Thema est verbū بخل Báchela, Fut. A, vel et Báchola, Fut. O, *Avarum esse:* Inf. بخلا Bóchlan, & Báchalan, & inde *Avarus* باخل Báchelon, et بخيل Bachílon. *Multum* (inquit) *addit gratiæ & suavitati colloquiorum, quæ noctu* (Arabum more) *inter se instituere solent Generosi tribus istius viri, illud quod in Generosis apud eos fæminis invenitur timiditatis & Parsimoniæ:* siquidem هاتان الصفتان ممدوحتان في النساء مذمومتان في الرجال (inquit Scholiastes) i. e. *Ista duo viris vitio quàm maximè vertuntur, mulieribus in laudem cedunt;*

dunt; quas non minus dedecet nimiam præ ſe ferre audaciam, quàm viros timorem: لانها لا عقل لها يمنعها مما تهواها *quia* (inquit) *non eſt illis intellectus, qui eas cohibeat ab illo quod eis allubeſcit.* Intellectus vice, ad fræna impotentibus earum animis injicienda, fungitur metus, quo repagulo ſublato اقدمة على كل قبيح *Nullum eſt quod non patrabunt facinus.* Parſimoniam pitidem & frugalitatem mulierem decere putant, liberalitatem inter virtutes eſſe virorum proprias, ne mariti bona temerè profundat; ita *Abu Iſhac* quidam الجود في النساء مثل الشح في الرجل i. e. *Liberalitas in fœmina eſt ut avaritia in viro*, utraq; in vitio: atque inde eſt quod *Ebno'l Hobariæ* poëta, in *Waſatienſes* totum virus ſuum ſimul effundere conatus, ſatis habuit hoc eos dicterio proſcribere,

مَا فِيكُمْ ذَكَرٌ وَاحِدٌ يُعْطِي وَلَا وَاحِدَةٌ تَمْنَعُ

Non eſt inter vos è Viris qui largiri aliquid,
Nec è Fœminis quæ aliquid denegare, velit.

Verſ. 23.

تَبِيتُ *Pernoctat.*] بَاتَ Fut. يَبِيتُ et يَبَاتُ

Inf. ديتوتة Baitútatan, & بيتا Baitan, et بياتا Bayátan, & مبيتا Mabitan, verb. Concavum ي, *Pernoctare*, *Noctu manere*, vel *Noctu venire*, vel *eße*: dicitur de eo من ادركه الليل *quem apprehendit nox*. Inde dicitur بات يفعل كذا *Noctu ita fecit*, ut ظل يفعل كذا *cum die illud fecit*, Jauh. In secunda Conjugatione, *Rem noctu facere*, item *noctu aggredi*: ita & *Syris* בָּת, *Pernoctare*. Atque hinc nomen sortitum est بيت Baiton, idem apud *Arabes* denotans quod apud *Hebræos* בַּיִת, *Syros* בַּיְתָא, *Domum* sc. لانه يبات فيه *Quia in ea pernoctatur*; notat et familiam seu domesticos, من يبيت عندهم *quibuscum pernoctat aliquis*.

نَارُ ٱلْهَوَى *Ignis amoris*.] نَارٌ *Ignis*, inter ea quæ sunt gen. fœm. recensetur à Grāmat: monet tamē *Kam*. etiam in Masc. usurpatum reperiri: in plurali habet أَنْوَارٌ & نِيرَانٌ & نِيَرَةٌ & نِيَارٌ & نُورٌ. Thema est نار Concav. و *Lucere*; unde نور Nuron, *Lux*, *Splendor*.

Splendor. Convenit cum *Hebr.* נִיר & נֵר *Lucerna, Lumen,* & *Syr.* נוּרָא *Ignis.*

اَلْهَوَى *Amoris.*] Significat اَلْهَوَى *Amorem*, يكون فى الخير والشر (teſte Authore *Kamûſiii*) *tam ubi objectum amoris bonum eſt & honeſtum, quàm malum & turpe,* & ارادة النفس *Cum affectu propendet animus in rem aliquam, Deſiderium.* Thema eſt verbum هوي Háwiya, cum Ceſra 2dæ rad, Fut. يهوي Yáhwa, *Amare, Deſiderare, Appetere:* هوي Háwa enim, cum Fatha 2dæ radical. in Fut. يهوى Yahwi, aliud ſignificat, *Deſcendere,* ſc. *Decidere,* etc. Porro notandum eſt diſcrimen inter الهوى Alhawa, quod hîc habemus cũ ى in fine inſtar ا quieſcentis, ſine ullo tamen ſoni augmento vel protractione, et الهواء Alhawáo, cum Elif nota productionis Medda inſignito, et per eam protracto; priori enim formâ *Affectum* et *Amorem* notat, poſteriori *Aerem & Vacuum.*

مِنْهُنَّ *Ab eis.*] Illarum ſcilicet famâ accenſus.

في كَبِدٍ *In Jecore* vel *Præcordiis.*] كَبِدٌ Cábedon, ut et Cabdon, et Cebdon, *Jecur* significat, ut *Heb.* כָּבֵד, et *Syris* כַּבְדָּא; Fœmininè plerúnque usurpatur, monet tamen Author *Kamusii* in genere etiam Masculino occurrere: plur. habet اكباد Acbádon, et كبود Cobúdon. Inde verb. كبد Cábada, *Jecur alicujus lædere,* et Cábeda, *Jecore malè affectum esse.* Porrò كبد significat etiam الجوف بكماله *Alvum integrum*, item, *medium cujusque rei.* Alia sunt etiam ejusdem Thematis significata, quæ cum *Heb.* כָּבֵד prout *Gravitatis* significationem habet, conveniunt.

حَرَّى *Sitibundo, Sitienti.*] De quâ formâ vid. *Erp.* Gr. l. 3. c. 5. p. 127. Fœminin. est à Masc. حران Harranon, *Sitibundus,* ab حرة Hárraton, *Sitis:* verbum est حر Harra, Fut. يحر Yahórro, Inf. حرة Harratan, *Sitire.* Thema peti potest è lingua *Hebr.* חָרַר *Exarsit,* atque ita حر apud *Arabes* etiam *Calere* significat: *Syris* חַר *Arsit præ calore.*

وَنَارُ ٱلْقِرَى *Et Ignis Hospitalitatis.*] ٱلْقِرَى enim

enim eſt *Hoſpitalitas*, φιλοξενία, item *illud quo excipitur hoſpes*; à verbo قرى Kara, defectivo ي, quod in Infinitivo habet قرى Keran, et قراء Karáan, *Hoſpitio excipere*, *Benignè hoſpitem tractare*. Conferri poteſt cum *Hebr*. קָרָא *Vocavit, invitavit*. Erat antea النار nomen *ignis* مجاز *figuratè*, ſignificatione ad flammas amoris denotandas tranſlata, hîc حقيقة *Propriè ſumptum*. Solebant enim *Arabes*, qui nullâ re magis quam peregrinis hoſpitio excipiendis gloriam captabant, ignibus in faſtigiis collium, locisque conſpicuis accenſis hoſpites invitare, et accedentibus viæ indicia præbere. Eratque ignis iſte من اعظم مفاخر العرب *E præcipuis quibus gloriabantur Arabes*, فكلما كانت اضخم وموضعها ارفع كان افخر *& quanto major erat ignis ille, & in loco eminentiori poſitus, tanto glorioſius, & animi liberalioris ſignum habebatur.*

Suprà occurrit قرى, ſed alio ſignificatu p. 31.

عَلَى الْقِلَالِ *In collibus*.] قِلَالٌ Plurale eſt à ſing. قلة Kóllaton, ſignificante *verticem* ſive

five *capitis* five *montis*, *aliusve rei cujuslibet fastigium*. Verbum نقل Kalla, *Ferre*, *Tollere*, *Elevare*, denotat, ut et اقل Akalla, et استقل Estakalla. وهذا في غاية المدح لهذا الحي, inquit Scholiastes, i. e. *Atq; ita laudibus quibus potuit maximis tribum istam evexit*, dum Fœminarum miram pulchritudinem, virorum summam magnificentiam deprædicat: in quibus ulterius recensendis pergit.

Vers. 24.

يقتلن *Occidunt fæmina.*] Fut. à verbo قتل Katala, *Occidere*, *interficere*, Inf. قتلا Katlan, et تقتالا Taktálan: vel regit accusativum, vel cum præpositione ب construitur; ut dicas, قتله vel قتل به *Occidit illum.* De vino dictum, significat *Illud aquâ diluere*; قتل الشراب *Jugulavit Falernum.*

أنضاء حبّ *Emaciatos amore.*] أنضاء Plur. est cujus singulare نضو quod supra occurrit versu illo وضج من لغب نضوى *Et vociferatur præ laßitudine Camelus meus emaciatus*, ad quem diximus p. 33. نضو denotare

re *Camelum*, ſeu quodvis aliud animal *Emaciatum*; & *veſtem*, & *ſagittam multo uſu detritam*. Hîc ergo amore ſaucios et confectos Camelis multo labore Emaciatis, et prope confectis aſſimilat.

حُبٍّ *Amoris.*] حُبٌّ Hobbon, *Amor*, ut & Hebbon, et محبة Mahabbaton, & حباب Hobábon, à verbo حب Habba, Fut. يحب Yahebbo, *Amare:* ut *Hebr.* חָבַב, et *Syris* חַבַּב, ut ſupra monnimus ad illud فالحب حبيبي &c. p. 94.

لا حَرَاكَ بِهِم *Quibus non ineſt motus.*] *Qui ſe movere non poſſunt præ languore.* حراك Harácon, idem eſt quod حركة Haracaton, *Motus, Motio*, a verbo حرك Haroca, Fut. يحرك Yahroco, Inf. حركا Harcan, et حركة Haracatan, *Moveri, Movere ſe*, & in ſecunda Conjugatione, Harraca, *Movere*. MSS. quædam habent حراك Heráca, per Cęſram in primâ, quam formam non agnoſcunt Grammatici.

وَيَنْحَرُونَ *Et mactant viri.*] Fut. à verbo

bo نحر Nahara, Inf. نحرا Nahran, et تنحارا Tanhâran, *Jugulare*, illam sc. partem transfigere, quæ dicitur نحر Nahron: est autem نحر *Summa pectoris pars*, sive *infima gulæ*; ita inquit Author *Kamusii*, نحر البعير dicitur طعنه حيث يبدو الحلقوم على الصدر *Eo in loco illum jugulavit, ubi incipit Gula*, vel *Guttur*, *supra pectus*. At *Hebr.* נְחִירַיִם *Nares*, ut et apud *Arabes* منخر & منخار cum خ.

كِرَامْ *Generosos.*] v. supra p. 103.

اَلْخَيْلُ *Equorum.*] خَيْلٌ Nomen est Collectivum, *Equos* significans لا واحد له *Non est illi* propriè *singulare*, (inquit Author *Kamusii*) nisi خايل Châyelon singulare ei constituatur. Appellationem hanc sortitur à خال Chalon, vel خيل Chailon, vel خيلا Chailaon, *Fastum* et *superbiam* denotantibus, seu خال *superbè se gerere*, لانه يختال *quod gressu superbo incedat:* خيل aliàs etiam *Equites* denotat; hìc *Equos*, atque hâc significatione

fícatione habet plural. اخيال Achyálon, et خيول Choyúlon. Conferatur cum *Hebr:* חַיִל *Robur*, et *ftrenuitatem*, atque etiam *Exercitum* denotante.

وَٱلْإِبِل *Et Camelorum.*] إِبْل ut et إِبِل *Camelum* feu *Camelos* denotat: fingulare eft quod de pluribus dicitur, (inquit Author *Kamufii*) ita tamen ut nec plurale, nec verè nomen pluralis, feu collectivum fit; Plural. habet ابال Abálon. Fœm. G. eft. Inde verb. ابل Abala, Fut. يابل Yabelo, *Multos poffidere Camelos*, item *Multos effe Camelos*, ut et, Abela, Fut. Yabalo. Atque hæc fummæ liberalitatis apud *Arabes* defcriptio, اى ينحر للضيف الخيل والابل *quod hofpitibus excipiendis Equos & Camelos mactent*; بخلاف من ينحر ما هو دون ذلك من الضان والمعز *Contra ac illi qui pecudes, veluti oves & hædos illis mactent:* nefcio tamen an non noftrûm aliquis minus lauta avariorum convivia præferat, et fibi agnum vel hœdum, quàm vel Equum vel Camelum integrum apponi malit.

Verf.

Verſ. 25.

يُشْفَي *Sanatur.*] Fut. شُفِيَ quod paſſivum eſt verbi شفى Shafa, defectiv. ى, *Sanare, Curare*, Fut. يشفي Yaſhfi; *Pſ.*146. 3. يَشْفِي ٱلْمَكْرُوجَةَ قُلُوبُهُم *Sanat dolentes corde*, Inf. شفاء Shefaan: item, *Parare alicui quo ſanetur*, ut et اشفى Aſhfa, in quartâ Conj. Affinitatem habet cum *Syr.* שַׁפִּי *Æquavit*, item *Purificavit*, *Defæcavit*, *Sincerum reddidit.* Inde الشفي Aſſhâfa, *Medicamentum*, Kamuſ. vel ut alia exemplaria habent الشفاء Aſſhafâo.

لُدِغَ *Ictus*] Idem ſc. quod ملدوغ à verbo لدغ Ladaga, Fut. يلدغ Yaldago, Inf. لدغا Ladgan, et تلداغا Taldâgan, *Pungere, Mordere:* propriè de ictu ſcorpii, et morſu Serpentis dicitur; inde ad alia transfertur, ut cùm dicitur لدغه بكلمة *Verbis mordacibus laceſſivit eum.* فاللدغ للعقرب حقيقة وفي غيرها مجاز, inquit Scholiaſtes, لدغ

لدغ *propriè de ſcorpio dicitur, de aliis rebus Metaphoricé.*

اَلْعَوَالِي *Haſtis.*] عَوَالٍ plurale eſt ab عالية Alíyaton, denotante *ſuperiorem haſtæ partem*, quæ cuſpidi proxima. Thema eſt verbum علا Ala, cum *Hebr.* עָלָה *Aſcendit*, & in Niphal *Elatus, Excelſus fuit*, congruens.

فِي بُيُوتِهِم *In domibus eorum.*] بُيُوتٌ plurale eſt بيت Baiton, idem denotantis quod *Hebr.* בַּיִת, *Syr.* בַּיְתָא, *Domum* ſc. in plur. habet ابيات Abyáton, et بيوت Boyúton, Pl. Pl. اباييت Abayito, & بيوتات Boyutáton, & ابياوات Abyawáton. Thema (uti ſupra dictum ad verſ. كبيت دار الهوى p. 107.) eſt verbum بات Fut. يبيت *Pernoctare.*

بِنَهْلَةٍ *Hauſtu uno.*] النهلة eſt (inquit Scholiaſtes) الشربة الواحدة *Unus aquæ hauſtus*, à verbo نهل Náhela, *Bibere*, vel *Primâ vice bibere*, Fut. ينهل Yánhalo, Inf. نهلا Náhalan, & منهلا Mánhalan; inde النهل

النهل Annáhalo, *Haustus 1us: haustus 2us*, vel *si iterum bibant Cameli*, dicitur العلل AlAlalo. Ab hoc verbo ناهل Náhelon, & نهلان Nahlánon, dicitur *& qui sitit*, & è contrà *qui ad saturitatē bibit*. Locus bibendi vel adaquationis dicitur منهل Mánhalon.

مِنْ غَدِيرٍ *E stagno.*] ٱلْغَدِيرُ siquidem est قطعة من الماء يغادرها السيل *Portio aquæ quam relinquit torrens, quæ* sc. *in locum aliquem confluxit, Stagnum, Palus*. Thema est غدر Gádara, Fut. O. *Fallere, Promissum non præstare*, & in 3a & 4a Conjugatione غادر et اغدر *Relinquere*. In hoc nomine binæ significationes concurrunt; tum *relinquendi*, ut sit quasi مغدر Mogdaron, vel مغادر Mogádaron, particip. 3æ vel 4æ Conjugationis, *Aqua* sc. *relicta*; tum *fallendi*, significatione غادر Gáderon, participii 1æ Conjugationis, quia sc. يغدر اهله *Spem populi fallat*, اي ينقطع عند شدة الحاجة اليه *Quòd deficiat quum maximè ea opus habeant:* ad quod alludens *AlComait*,

ومن

وَمِنْ غَدْرِهِ نَبَزَ ٱلْاَوَّلُونَ اِنَّ لَقَّبُوهُ ٱلْغَدِيرَا

ٱلْغَدِيرَا *Ex fallacia ejus occasionem sumpsere prisci appellandi ipsum* الغدير, i. e. *stagnum*. Habet autem غدير in plur. غدر Gódoron, & غدران Godránon. Verb. استغدر Eſtágdara, in 10ª Conj. de ſtagno dictum, illud *aquâ abundare* notat; de loco, in eo *multa eſſe ſtagna*, vel in eo *ſtagnare paſſim aquam*. Convenit autem غدر cum *Hebr*. עָדַר, quod in Niphal, נֶעְדַּר ſc. *Deeſſe* ſignificat, in Piel, *deeſſe ſinere*: unde Rabbinis הֶעְדֵּר *Privatio*.

الخمر v. ſuprà p. 61.

وَٱلْعَسَلِ *Et Mellis*.] عَسَلٌ *Mel*, item *Aeromeli*, ſeu *Droſomeli*, (teſte Authore *Kamuſ*.) in plur. habet اعسال Aſálon, & عسل Oſolon, & Oſlon, & عسول Oſúlon, et عسلان Oſlánon. De *mellis* nominibus & utilitatibus librum compoſuit *Alfiruzabadius Kamuſii* Author, in quo 80 ejus nomina recenſuit, nec tamen totam ejus nomenclaturam abſolviſſe compertus eſt. Et Maſc. gen. eſt & Fœm. indè verbum عسل A'ſala, *Melle*

Condire,

Condire, Mel immiscere cibo, &c.

Verſ. 26.

لَعَلَّ *Forſan.*] Particula eſt animum dubium & ſollicitum de rei eventu, ſive cùm ſperatur aliquid, ſive timetur, denotans, وفيه طمع, واشفاق *Deſiderium etiam & expectationem innuens:* idem valet عل ſine ل, cui additur litera Lam توكيد *intenſionis,* & quaſi *corroborationis gratia* (inquit *Jauh.*) Recenſetur inter اخوات انّ *Sorores* انّ Enna, ut vocantur in l. *Jarum.* p. 48. et 49. edit. *Erpen.* quæ ſc. eo modo quo انّ conſtruuntur, Natſabant ſc. nomen, et Rafant ſocium, i. e. Nominativo dant Accuſativi terminationem, ut hìc in اللمة videre eſt: apud quoſdam tamen præcipuè Bani Okail, Genitivi terminationem induit, uti monet *Jauh.* ex *Abu Zeid.* Non uſurpatur, niſi in iis de quibus ſpes adhuc ſupereſt; uti non dicitur لعل الميّت يعود *Forſan mortuus in hanc vitam redibit,* ſed لعل المسافر يؤوب *Forſan qui peregrè profectus eſt revertetur.*

اللمّة *Ut diverſer.*] الإلمام et Fœm. اللمّة idem

idem eſt quod النزول Annozúlo, *Diverſari, hoſpitari, habitare, ſedem figere*, à لم Lamma, et الم Alamma, in 4ª Conj. *Habitare, Reſidere.* Prima verbi لم notio eſt *Congregare.*

بِالْجَرْعِ *In receſſu vallis.*] v. ſup. p. 99.

ثَانِيَةً *Secundò.*] Convenit cum præcedenti ثَانِيَةً.] ثانية Thaniyaton, *Secunda*, Fœm. à ثان quod eſt numerus ordinalis, à Cardinali اثنان Ethnáni, *Duo*, (ut vid. eſt in Gramm.) à ثني Thána, et Thaniya, *Duplicavit.* رد بعض الشي على بعض *Convertit partem rei ſuper partem alteram.* Conveniunt cum *Hebr.* שָׁנָה *Iterari*, et שְׁנַיִם *Duo*, et שֵׁנִי *Secundus:* *Syri* etiam per ת efferunt ab hoc themate orta, ut תְּנָא *Iteravit*, תְּנָיָא *Iteratio:* hinc ثني Thániyon, *à Principe ſecundus*, et ثني Thónan, et ثنيان Thonyánon, ſic *Heb.* הַמִּשְׁנֶה.

يَدِبُّ *Proveniet.* Fut. à دَبَّ quod *Repere*, et *Leniter incedere* denotat, Inf. دبا Dábban, et دبيبا Dabiban. Inde in Proverb.

verb. dicunt. اكذب من دب ودرج *Mendacissimus omnium qui super terram incedunt, & qui abierunt*, qui sc. adhuc in vivis sunt, vel qui mortui sunt, omnium qui unquam vixerunt. Indè الدابة Addábbato, *Jumentum*, ما دب من الحيوان وغلب على ما يركب (inquit Author *Kam.*) i. e. denotat *quodlibet animal gressu hujusmodi incedens, sed obtinuit usus ut de jumento dossuario, seu vectario, præcipuè dicatur.*

نسيم البرء *Aura sanitatis*, i. e. sanitatem afferens.] نسيم denotat الريح الطيبة *Ventum odoriferum, Auram suavi halitu spirantem*, à نسم Násama, Fut. ينسم Yánsemo, Inf. نسما Násman, et نسيما Nasiman, et نسمانا Nasmánan, *Spirare, Flare:* inde etiam نسم Násamon, et نسمة Nasámaton, *Respiratio, Halitus*, et *Ventus*, seu *Aura lenis*, convenit cum *Hebr.* נְשָׁמָה *Anima, Halitus*, etc. ut *Syr.* נְשָׁמָא et נְשַׁמְתָּא *Aura, Spiraculum, Flatus.*

البرء *Sanitatis.*] برء *Sanitas*, à verbo برأ Báraa, Fut. يبرأ Yabrao, et يبرؤ

يبروء Yábroo, Inf. براء Bor'an, & برو‌ء Bóroan, *Convaleſcere*; ut & بروء Bároa, & بريء Bária, & ابراء Abraa, in 4ª Conj. *Sanare, Sanitati reſtituere,* & باريء Bárion, *Sanus.* Significat etiam براء Báraa, *Creare*, ut Heb. בָּרָא. Conferri poſſunt & בָּרִיא *Pinguis*, & בְּרִי (à בָּרָה) *Serenitas, Puritas:* eſt enim & بريء Bárea, *A re* (quaſi) *purum* & *immunem eſſe.*

فِي عِلَالِي *In morbis meis.*] عِلَال Plurale eſt ab علة Ellaton, denotante *morbum*, à verbo عل Alla, Fut. يعل Yaéllo, inter cætera ſignificante *Ægrotare*, ut & اعتل E'talla, in 8ª Conj. hinc عليل Alílon, *Infirmus.*

Verſ. 27.

لَا أَكْرَهُ *Non renuo.*] Fut. à verbo كَرِهَ *Renuere, Abhorrere, Ægrè ferre, & Nolle.* Infinitiva habet كُرْهًا & كَرَاهَة & كَرَاهِيَة & مَكْرَهَة & كَرْهَة. Atque *illud quod*

quis ita abhorret dicitur كُرْهٌ & كَرِيهَةٌ & مَكْرُوهَةٌ.

اَلطَّعْنَةُ اَلنَّجْلَاءُ *Confossionem amplam, Vulnus latum.*] طعنة *Confossio, Vulnus,* à طعن Táana, inter cætera significante, *Hastâ confodere,* vel *transfigere, Hastâ percutere,* Fut. يطعن Yát'ano, & Yát'ono, Inf. طعنا Tá'nan. *Confossus* dicitur مطعون Mat'únon, & طعين Taïnon, ut etiam *Peste correptus,* à طاعون *pestem* denotante.

اَلنَّجْلَاءُ *Amplam.*] Fœm. أَنْجَلُ *Amplus,* à نجل Na'jala, inter cætera, *Vulnus magnum infligere.* نجل Na'jela, cum Cesrâ, est *Oculis amplis & patentibus præditũ esse. Cui tales oculi,* dicitur انجل Anjalo, Fœm: نجلاء Naj'láo; Quod & ipsis oculis Epitheton est, cujus plurale نجل Nójolon mox occurrit. *Talis oculorum forma* نجل Nájalon.

شَفْعُهُ لَهَا *Quæ duplicata est,* vel *cui superadditum est.*] الشفع Asshá'fo, notat *Par,* vel

vel *Quod duplicatum & geminatum est*, contrarium τῦ وتر Wetron, quod *unum* aliquod & *singulare* denotat. Ita dicunt كان وترا فشفعته *Singulare fuit & geminavi illud*, seu *Aliud illi addidi ut Par esset*. Est ergo شفع Sháfaa, Fut. يشفع Yáshfao, Inf. شفعا Shaf'an, *Geminare*, *Duplicare*, *Aliud addere*: inde Pass. شفع Shófea. Conferri potest cum *Hebr.* שֶׁפַע *Affluentia*, *Abundantia*, & *Syr.* & *Chald.* שְׁפַע *Abundare*, *Redundare*. Aliam etiam habet شفع significationem à priori istâ deductam, *Intercedendi* sc. & *Mediandi*, unde شافع & شفيع *Mediator*, *Intercessor*, الطالب لغيره (Ebn Phares,) *qui pro alio petit aliquid*.

برشقة *Jaculatione*.] الرشق est الرمي بالنبل وغيره *Jaculatio sagitta & rei alterius*, à verbo رشق Ráshaka, Fut. يرشق Yárshoko, Inf. رشقا Rashkan, *Sagittâ* vel *jaculo petere*, *ferire*.

أنبال *A Sagittis*.] نبال & من نبال & نبلان Noblánon, Pluralia sunt τῦ نبل

Nablon, *Sagittam*, vel potius *Sagittas* denotante; Singulare enim esse negant, uti *Jauh*. aliíque: neque enim si de uno loquaris dices نبلة Nablaton, inquit *Ebno'l Athir*, sed سهم Sahmon; licet dubitare videatur Author *Kamusii*, an non dicatur نبلة in sing. fœm. gen. Verbum نبل Nábala, *Sagittam in rem aliquam jaculari, Sagittâ petere*. Votorum modò compos fiat, potiatúrque cupita, nulla subire recusat pericula: ita dicunt, من يعرف ما يطلب هان عليه ما يبذل *Qui novit quid petat, quantum ei obtinendo impendi debeat susq; deq; habet*.

يغوص البحر من طلب اللآلي
ومن طلب العلي سهر الليالي

In mare se immergit, qui uniones petit,
Et qui petit celsitudinem, vel *ut excellat, noctes ducit insomnes*.

Vers. 28.

ولا أهاب *Neq; timeo*.] أهاب Fut. à verbo هاب Concavo ي. Radix est هيب Háyeba, quod in Fut. haberet يهيب; sed juxta Canonem 2dum, و & ي pro هيب dicitur هاب; deinde in Fut. pro يهيب, يهاب, rejectâ

jectâ vocali penultimæ ad antepenultimam, ut poſtulat verborum Concav. ratio, et mutato ي & ا juxta Canon 2. generalem. v. Gr. p. 82. & 83. Inf. habet هيبا Haiban, et مهابة Mahábatan. Significat autem هاب ut et اهتاب Ehtába, in octava Conjugatione, *Timere*, et *Revereri:* inde nomina الهيبة et المهابة *Timor*, item *Reverentia*. *Timidus*, *qui alios timet* vocatur هايب, et هيوب, et هياب, et هيب Háyyebon, et هيبان Haibánon, et Hayyebánon. *Terribilis*, *qui aliis timorem incutit*, مهوب et مهيب; quinetiam هيوب et هيبان, teſte Authore *Kamuſ*. هيب in quintâ Conjugatione et *Metu percelli*, et è contra *Terrere*, ſeu *Timorem incútere*, denotat.

ألصفائح *Gladios.*] Propriè *gladios latos*. Plur. eſt à صفيحة, quod ſignificat السيف العريض *Enſem latum*, uti etiam *Lapidem quemlibet latum & tenuem*, imò et *Tabulam*, et *quamlibet rem aliam latam*, teſte *Almotarrezio:* à صفح Sáf'hon, *latus* & *latitudinem* cujúſque rei denotante, Verbum صفح Sáfaha, *rem latam conſtituere*, et inter cætera

tera etiam *latere gladii aliquem ferire.* Indè etiam الصفيح *Cælum*, et *lata cujusq; rei pars*: dicitur etiam gladius مصفح Mosáffahon, Plur. مصفحات, ita dicuntur *gladii* لاديها صفحات جيبر طيعس, uti refert *Jauh.* ab *Ebno'l Erabi*, *quia in latum diducitur lamina cum formantur.*

آلبيض *Albicantes: Fulgentes* sc. et *coruscantes.*] Plurale est ab ابيض Abyado, *Albus*, *Candidus*, à quo in plurali regulariter formari deberet بيض Boydon, cum Dhamma, ut ab احمر *Ruber*, fit حمر Homron: hoc verò cum pronuntiatu durius videretur, Dhamma in Cesram, clariori literæ ي prolationi inservientem, mutârunt, et pro eo Bidon dixerunt. Idem etiam in ميل *Inclinantes*, ab اميل factum, quod suprà occurrit versu illo والركب ميل etc. Porro hoc ipsum nomen, ابيض sc. cujus plur. بيض pro *gladio* usurpatur, appellatione à *coruscatione* ejus desumptâ; ita supra in illo versu يحمون بالبيض والسمر *Protegunt gladiis & hastis:* significat etiam *Argentum*, et *Stellam quandam juxta viam lacteam*,

lacteam, et *Virum famæ intaminatæ.* Hîc ſignificatione propria, Epitheti loco, præcedenti الصفاح ſubnectitur. Thema eſt باض Concavum ي, unde بيض in 2da Conjugatione, *Dealbare*, ابيض in nona, بياض in undecima, *Album eſſe*; البياض Albayádo, *Albedo*, *Color albus:* ab eodem themate بيضة Báydaton, quod *Ovum*, item *Galeam*, et *Teſticulum*, ob figuræ ſimilitudinem, denotat, uti בֵּיצָה *Hebr. Ovum:*

يُسْعِدُنِي *Qui me juvent*, vel *Beatum reddant.*] Futurum eſt enim ab اسعد Conjug. 4æ. à verbo سعد Sáada, cum Fathâ de Tempore, at Sáëda, cum Ceſra, et Sóeda, cùm de Homine. Fut. يسعد Yáſodo, Inf. سعودا Soüdan, quod *Proſperum*, vel *Fœlicem eſſe* denotat: unde السعادة Aſſaádato, *Proſperitas*, *Beatitudo*, *Felicitas.* اسعد in quarta Conjugatione, *Fœlicem reddere* ſignificat, item *Auxiliari*, *Opem ferre*, quo ſenſu affinitatem habet cum *Hebr.* סָעַד *Fulcire*, *Suſtentare*, et Chald. סְעַד *Fulcire*, *Confortare*, *Auxiliari.* Atque hunc certè *fulciendi* ſenſum reſpicere videtur *Ebno'l Athir*,

 cùm

cùm اسعد et ساعد, prout *Auxiliandi* notionem habent, deducta vult à ساعد Sáëdon, quod *Brachium* sive *Cubitum* significat; sc. من وضع الرجل يده على ساعد صاحبه اذا كما شيا في حاجة *Quia solent homines alter alterius brachio inniti, ut sibi invicem in negotio aliquo auxilio esse possint.* ساعد autem est من اليد ما بين المرفق والكف, *pars manûs inter cubitum & manum propriè dictam.*

بِالْلَّمْحِ *Levi intuitu.*] Thema est لَمَحَ Fut. يلمح Yálmaho, Inf. لمحا Lámhan, et لمحانا Lamahánan, et تلماحا Telmáhan, quod in primâ istâ et quartâ Conjugatione, المح sc. significat ابصره بنظر خفيف uti explicat *Jauhar.* id est, *Levi aliquo intuitu aspicere*; vel, ut Author *Kamusii*, اختلس النظر, ad verbum, *Suffurari aspectum, Furtivo intuitu aspicere*; significat etiam aliàs, *Micare, Rutilare.*

مِنْ خَلَلِ *E rima, Per rimam.*] خَلَلْ denotat منفرج ما بين الشيئين *Interstitium aliquod, quod inter duas res intercedit:* in plur.

plur. habet خلال Chalálon. Thema eſt خل Chálla, quod *perforare* ſignificat, atque convenit cum *Hebr.* חָלַל *Perforari*, in Piel חִלֵּל *Confodere*; unde חַלּוֹן *Feneſtra*, quaſi *Foramen*, vel *Perforatio* parietis: ita & *Arab.* الخلة Alchállato, *Foramen*. Alia ſunt etiam hujus Thematis ſignificata, quorum unum verſu proximè ſequenti occurrit.

ٱلسُّتُورِ & ٱلأَسْتَارِ *Velorum.*] ٱلأَسْتَارِ

Plur. ſunt à سِتْر Sétron, quod *Velum*, *velamentum quod rei alicui obtenditur*, denotat: à verbo ستر Sátara, Fut. يستر Yáſtoro, Inf. سترا Sátran, *Obtegere*. Thema è linguâ *Hebraicâ* petenda eſt, ubi סָתַר eſt *Latere*, *Se abſcondere*, הִסְתִּיר *Abſcondere*, *Celare*, סֵתֶר *Abſconſio*, *Latibulum*: uti etiam *Syris* סְתַר *Abſcondere*, *Protegere*, סִתְרָא inter cætera, *Velamentum*, *Tegumentum*.

وٱلْكِلَلِ *Et Conopæorum.*] Plur. à كِلَّة denotante الستر الرقيق خاطه البيت يتوقى فيه من البق *Velamen tenue*, *undiq; conſutum inſtar tentorii*, *arcendis culicibus comparatum*. Alia hujus Thematis ſignificata

cata hujus loci non sunt.

Verſ. 29.

وَلَا أُخَلِّ *Neque deſeram.*] Aliam hîc habemus thematis خل ſignificationem, *Relinquere*, ſc. ſeu *deſerere*, quam in quartâ Conjugatione cum præpoſitione ب conſtructum obtinet. اخل بالمكان Achálla belmacáni, i. e. غاب عنه وتركه *Abeſſe à loco, & deſerere eum.* Ita dicunt اخل بمركزه *Stationem ſuam deſeruit.* اخل بقومه *A populo ſuo abſuit*, vel *ſe ſubtraxit*.

بِغِزْلَانٍ *Capreolas.*] Plur. eſt à Sing. غزال Gazálon, quod Capreolum denotat, habétque in plur. غزلة Gezlaton, & غزلان Gezlánon. Animal eſt regionibus iſtis notiſſimum, *Hebræi* צְבִי vocant; frequens ejus in Scripturis mentio: atque ita etiam *Arabibus* ظبي Dhábyon, vocatur; niſi quod الظبي, & fœm. الظبية, de ſene propriè dicatur, غزال de juvene adhuc laſciviente.

Nihil

Nihil autem Poëtis *Arabum* uſitatius, quàm Amaſias ſuas laſcivo huic & pulcherrimo animali comparare.

أُغَازِلُهَا *Quibuſcum confabulor*, vel *quarum confabulationibus delector.*] Verbum غزل Gazela, cum Ceſra, Fut. يغزل Yagzalo, Inf. غزلا Gázalan, *cum mulieribus confabulari, & colludere ſignificat:* idem etiam in tertiâ Conjugatione, quæ actiones reciprocas notat, غازل cujus hoc Futurum eſt. Nomen eſt غزل Gázalon, *Confabulatio, Colluſio*, propriè cum Fœminis, quod ſuprà occurrit in hoc ipſo Poëmate, v. p. 53. Et qui earum conſortio et confabulationibus gaudet, dicitur غزل Gázelon, unde in Proverbio, اغزل من امري القيس *Fœminarum confabulationibus magis gaudens quàm Amrio'lKis*, Poëtâ ſc. hoc nomine appellato. Aliàs غزل Gázala, ſecundâ Fatham poſſidente, *Nere* ſignificat, ut etiam *Chaldæis* & *Syris* עְזַל.

وَلَوْ دَهَمَتْنِي *Etiamſi adorti me fuerint.*] الداهية ſignificat الامر العظيم *Ca-*

ſum

ſum aliquem grávem, Calamitatem: verbum دهي Daha, *Talem alicui caſum* aut *calamitatem* inferre. Ita dicitur, inquit *Jauh.* دَهَتْهُ دَاهِيَةٌ دَهْيَاءُ *Invaſit illum Calamitas gravis*, vel ut Author *Kamuſ.* دهاه *Intulit illi* الداهية, *Calamitatem* ſc.

أُسُودٌ *Leones.*] Plur. ab أَسَدٌ *Leo*, quod in plural. habet etiam اسد Oſdon, quod ſuprà occurrit, atque etiam اسآد Aſádon, & اسد Aſodon, & اسدان Oſdánon: indè verbum اسد Aſeda, *Viſo Leone conſternatus eſt*, & è contrà, *inſtar Leonis fuit*, fortitudine ſc.

آلْغِيل *Sylvæ.*] غيل cum Çeſra ſignificat اجمة Ajámaton, i. e. *Sylvam, Nemus, Locum arboribus denſis & implexis conſitum*; atque etiam *Latibulum Leonis:* inde verbum quartâ Conjugatione اغيل Agyala, & quinta تغيل Tagáyyala, de Arboribus dicitur *cùm implexi atq; implicati ſint earum rami.*

بِالْغِيلِ *Inſidiis.*] Plurale enim regulare eſt à غيلة Gilaton, quod *fraudes* & *inſidias*

denotat,

denotat, ut ita cum noſtro guile planè conveniat: quod tamen caſu magis quàm conſilio eveniſſe cenſemus, ut in aliis non paucis; cùm in diverſis linguis, inter quas nulla eſt affinitas, verba tamen aliqua et ſono et ſenſu conveniant. Conferatur igitur potius cum *Hebraico* עָיַל *Iniquè egit*, עֲוִיל *Iniquus*, עָוֶל *Iniquitas*. ي licèt mediam habeat, ortum tamen potius ducit à Concavo و, غال ſc. quod *perdere*, vel in *perniciem inducere* ſignificat; ut et اغتال Egtála: unde الغيلة eſt القتل خفية *cùm quis alium fraude ſeductum ex improviſo adoriatur & interficiat.* Dicuntur et *Calamitates* غوايل Gawáyelo, et *Malum* غايلة Gayélaton.

Verſ. 30.

حُبُّ ٱلسَّلَامَةِ *Amor incolumitatis.*] حُبُّ Hobbon, *Amorem* denotat, ut et Hébbon, et محبة, et حباب, a verbo حب Habba, Fut. E. *Amare*, ut *Hebræis* חָבַב, et *Syris* ܚܰܒܶܒ, uti ſuprà monuimus p. 113.

سَلَامَةٌ *Incolumitatem*, *Sanitatem*, & *Integritatem*.

tegritatem denotat, à verbo سلم Sálama, Fut. يسلم Yássamo, *Incolumem, Sanum, & Integrum esse*, Omni sc. vitio, noxâ, maculâ, et malo vacuum: indè nomen nostrum, uti et سلام Salámon, quo in communibus salutandi formulis uti solent, dicentes sc. سلام عليكم *Vobis*, vel *tibi* سلام i. e. *Sanitas, Incolumitas, Omnimoda integritas*, et *Pax:* quod tamen cùm et alia significet, placuit *Arabi* cuidam ex ambiguâ vocis significatione jocandi ansam arripere; cúmque ab obvio quodam his verbis salutaretur, السلام عليك *Tibi* Salam, respondit, الحجات عليك *Tibi* Jathjath. Mirantique, et, quænam esset illa resalutandi forma, roganti, Paria (inquit) tibi refero: sunt enim سلام et حجات *duæ arbores amaræ*, quarum cùm tu mihi alteram precaris, alteram ego tibi ominor. Ab eodem Themate سلم Selmon, Concordiam denotat. Conferri hîc possunt quæ à radice שָׁלַם *Perfici, Pace & Prosperitate frui*, apud *Hebr. Chald.* et *Syros* derivata reperiuntur; ut שָׁלֵם *Integrum*, etc. שָׁלוֹם *Pax, Prosperitas, Incolumitas, Integritas*, etc.

بيثني

يَثْنِي *Avertit, Repellit, Retroagit.*] Fut. verbi ثنى Thána, (ad formam رمى) quod ſignificat *Plicare, Duplicare, Flectere*; item صرفه عن حاجته *Avertere aliquem à negotio*, vel *propoſito ſuo:* et in ſecundâ Conjugatione ثنّي Thánna, *Duplicare*, جعله اثنين q. d. *Unam rem duas reddere.* Hinc *numerus binarius Cardinalis* اثنان, *Ordinalis* ثان dicitur, quaſi Unitas duplicata. Idem Thema agnoſcunt *Hebræi*, quibus שָׁנָה eſt *Iterare*, שְׁנַיִם *Duo*, etc. et *Syri*, apud quos תְּנָא *Repetere, Iterare*, cum ſuis derivatis.

عَزْمٌ *Animum, Intentionem, Propoſitum, Studium.*] Hæc enim ſignificat عزم, atque inſuper *Diligentiam & Patientiam*, ſeu *Conſtantiam*, à verbo عزم Azáma, Fut. يعزم Yá'zemo, quod cum præpoſitione على Conſtructum, denotat *Studio rei alicujus faciendæ teneri, Eam apud ſe decernere, atque animo ſtatuere*; item *Diligentia uti in ea proſeq.* His, tam nomini ſc. quam verbo, Synonyma ferè ſunt همّ Hámmon, et Hámma:

ma: atque ita in MS. exemplari loco عزم legitur هم, quod exponit Scholiaſtes per عزم.

صَاحِبٌ صاحبه *Ejus qui eo affectus eſt.*] صاحب propriè *Socium*, vel *Comitem* denotat, à صحب Sa'heba, Fut. يصحب Yáſ'habo, *Conſortio alicujus uti:* indè transfertur ad denotandum omnē *qui re aliqua præditus eſt, vel eam in poteſtate ſua habet.* Sic dicitur (inquit *Zamachſhari*) صاحب مال *Qui divitiis præditus eſt,* صاحب علم *Qui ſcientia:* imò صاحب كل شي ذوه i.e. *Omnis rei alicujus poſſeſſor, Dominus,* vel *qui ea præditus eſt,* dicitur صاحبه *Socius ejus.*

عَنِ ٱلْمَعَالِي *A rebus excelſis,* vel *præſtantibus.*] المعالي Plur. eſt à معلاة Ma'láton, idem denotante quod العلا i.e. الرفعة و الشرف *Celſitudinem, Eminentiam & Præſtantiam,* inquit *Jauh.* ſupra in hoc ipſo Poëmate العلى eadem ſignificatione habuimus. Thema eſt verbum علا Ala, cum *Hebraico* עָלָה *Aſcendit*, et in Niphal, *Elatus, Excelſus fuit,* affini-

affinitatem habens: indè dicitur de loco علا المكان : *Sublimis*, *Loco excelſo fuit*, cujus Fut. يعلو Yá'lu, Infin. علوا Olowwan; & de Nobilitate, علي Alia, *Illuſtris nobilitate*, *Eminens fuit*, cujus Fut. يعلي Yá'la, Infin علاء: Aláan. Ita & *Syris* עְלָי *Elevatus eſt*.

ويغري *Et aſſuefacit.*] Fut. أغري quartæ Conj. ſc. à غري Gária, *Immittere ſe in rem*, *Avidè inſectari*; ut in quartâ Conjugatione, *Immittere*, *Concitare*, uti & ſuprà vidimus p. 56. adeóque *Aſſuefacere*, *facere ut ſe immittat in rem*, *eiq; adhæreat:* ſignificat & الغرا Al Gerà, *Gluten*.

المرء *Virum.*] مرء, cujus 1ª quamlibet trium vocalium recipit, ut & امرء Emraon, *Virum* ſignificat, Plur: caret. Fœm: dicitur مرة Máraton, et امراة Emráaton. Verbum مروء Mároa, *Humanus fuit*, & nomen مروءة Morúaton, *Humanitas*.

بالكسل *Deſidiæ*, *Pigritiæ.*] Thema eſt verbum كسل Cáſela, *Pigrum*, *Tardum*,

 Deſi-

Desidiosum esse: indè كسل Cásalon, *Desidia, Pigritia, Inertia;* كسل Cáselon, & كسلان Caslánon, *Piger, Desidiosus, Iners.* Hebræis כָּסַל *Stultescere,* כְּסִיל *Stultus, Stolidus,* כִּסְלָה *Stultitia.*

Vers. 31.

فَاِنْ جُنِحْتَ اليْهِ *Quòd si inclinaveris ad eam,* seu *ejus desiderio tenearis.*] جنح Jánaha, Fut. يجنح Yájneho, & Yájnaho, Inf: جنوحا Jonúhan, *Inclinare,* ut & اجتنح Ej'tanaha in octava Coniugatione. اجنح Aj'naha, in quartâ, *facere ut inclinet.* Hinc جناح Jénahon, *Ala,* لميلهما الشقي الطائر *Quod inclinent* [*alæ*] *seu dependant ad utrumq; latus volantis:* & جناح Jonáhon, *Culpa, Scelus,* لميله عن طريق الحق *Quod declinatio sit,* seu *deviatio à via recta.*

فَاتَّخِذْ *Pares tibi.*] Imperat. 8æ conjugationis اتّخذ Ettáchadha, ab اخذ Achadha, Fut. يأخذ Yáchodho, *Sumere, Accipere, Prehendere.* Idem quod *Hebr.* אָחַז, *Syr.* & *Chald.* אֲחַד.

نفقا

نفقا *Specum*, ubi latere tutò possis.]

نفق Nafákon, *Specum*, *Antrum*, *Cuniculum*, seu *cavernam subterraneam* denotat, *cui plures sint exitus*, ita ut si obstruatur unus per alium egredi liceat, quales sc. sibi effodere solent Talpæ & Cuniculi. Inde Proverbium ضلّ دُرَيْصٌ نفقه *Aberravit Talpa*, seu *Cuniculus à foramine suo*, in illum jactari solitum, qui confusus est in re aliqua, argumentorúmque & rationum, quibus contra adversarium suum se instruxerat, oblitus. Dicitur autem *alterum foraminum* اليربوع Alyarbúi, *Talpa*, (sic reddunt nostri, nescio an rectè) القاصعا Alkasea, *alterum quod occultare* solet النافقا An'nafeca, et النفقة An'nofácato. Inde نافق *Hypocriticè se gerere in religione*, cùm quis aliud ore profiteatur quàm corde amplectitur, variaque sibi diverticula semper parata habeat: vel quòd ظاهره ايمان وباطنه كفر *exterius ejus fides*, *interius*, *infidelitas sit*, ut foramen talpæ, quod نافقا dicitur, ظاهره تراب باطنه حفر *exteriùs terrâ opertum*, *intrà excavatum sit*, Hist. Animal. نفاق Nefácon,

Hypocrisis, Simulatio, منافق Monáfecō, *Hypocrita, Simulator, Impostor:* quæ hujus Thematis significata, ignota olim *Arabibus*, primò sub Religione *Mohammedica* obtinuisse notat *Ebnò'l Athir.* Benè est quòd *Magnus ille Impostor* verba etiam, per quæ impia ipsius facta exprimi possent, introduxerit. Conferri potest cum *Chald.* נְפַק *Egressus est, Exiit:* quam etiam significationem aliquo modo habet in linguâ *Arabicâ*; ut cùm *de exitu spiritûs è corpore moribundi* dicitur, item *Erogare*, &c.

في الأَرْضِ *In terra.*] أَرْضٌ *Arab.* idem quod *Hebr.* אֶרֶץ *Terra*, ita dicta quod loco omnium infimo sita sit: nam ارض Ardon significat كل ما سفل *quodcunq; humile & depressum est*, ab أرض Arada, *Humilem & depressum esse*; ut è contra سماء Samáon, *cælum*, quòd supremum locum obtineat, à سما Sáma, *Excellere, Eminere.* Quæ themata, licet jam apud *Hebræos* non reperiantur, olim in usu fuisse verisimile est: ut non opus sit ad שם & שמים vel אש et מים recurrere. Est autem ارض generis fœm. neque dicitur ارضة Ardaton: Pluralia habet ارضات Aradáton, &

& أرضٌ Orúdon, & أرضون Ardúna & Aradúna, & أراضٍ Arádon.

فِي ٱلْجَوِّ *In Aere.*] جَوٌّ denotat *Totum illud ſpatium quod inter cælum & terram interjacet.* Item *vallem quamvis amplam, & latè patentem.* Item *medium cujuſq; rei:* atque ita *Hebraicæ* eſt originis. Illis ſc. גֵּו *Medium* eſt, uti & *Syris* גַּוָּא.

فَٱعْتَزِلْ *Et ſepara te, ſeu ſubduc te ab hominum conſortio.*] Thema eſt verbum عزل Azala, quod *ſeponere, et ſeparare* ſignificat, in Conj. 1ª & 2ª. In 5ª, 7ª, et 8ª, *Separari*, ſeu *ſe ſubducere.* Sic 2 *Cor.* 6. 17. اعتزلوا منهم pro ἀφορίσθητε. Hinc nomen ſortita eſt celebris iſta ſecta *Motazaliorum* apud *Mohammedanos*, à ſeparatione ſcil. ut olim *Phariſæi* apud *Judæos.*

Verſ. 32.

وَدَعْ *Et mitte.*] دَعْ Imperat. à Præt. وَدَعَ, Significatione cum ترك Táraca, conveniente; imò pro quo dici ſoleat ترك, cùm

Præt.

Præteritum ودع, (ut et Inf. & Particip.) in usu apud *Arabes* non sit, néque apud probatos Authores facilè occurrat, nisi forsan apud Poetas necessitate metri compulsos: quod idem prorsus accidit etiam نر ذر Dhar, eâdem significatione, ab obsoleto وذر Wádhera. Dicitur enim pro eis in Præt. ترك, in Particip. تارك, etc.

غِمَارُ ٱلْعُلَي *Ardua Celsitudinis*, vel *Profunda.*] غمار enim plurale est vel à غمر Gamron, *Aquæ profunditatem & copiam* denotante, atque etiam *Turbam, & multitudinem hominum se invicem comprimentium*; vel à غمرة Gamraton, significante شدة الشي ومزدحمه *Difficultatem rei vel copiam ejus, qua quis obruitur.*

ٱلْعُلَي *Celsitudinis.*] ٱلعُلَا cum Dhamma, et العَلَا cum Fatha, notant الرفعة والشرف, *Celsitudinem & nobilitatem*, (uti aliàs monuimus) à verbo علا cum *Hebr.* עָלָה *Ascendit*, et in Niphal, *Elatus, Excelsus fuit*, affinitatem habente, indè et in versu proximè præcedenti المعالي habuimus.

لاقتحمن

للمقدمين *Illis qui audent.*] Plurale Participii 4tæ Conjugationis, اقدم Akdama, ſc. quod hâc formâ et cum على conſtructum, *Audere*, ſeu *audacter atq; animo imperterrito res arduas aggredi* ſignificat. Thema قدم aliàs *veniendi*, et *præcedendi*, et *Antiquitatis* ſignificationem habet, et *Hebrais*, *Chaldæis*, ac *Syris* notum eſt. Dicunt enim *Hebr.* קִדֵּם *Anteivit*, etc. קֶדֶם *Antiquitas*, etc. *Syri* קַדֵּם *Præceſſit*, *Prævenit*; aliaquè indè derivata.

ركوبها *Aggredi ea*, ad verb. *Aſcenſum ſeu aſcendere ad ea.*] ركوب, Rocúbon, enim Maſdar, ſeu nomen verbale eſt à ركب Ráceba, *Aſcendere*, *Equitare*; uſurpatur etiam pro *Agere*, *Perpetrare*, *Aggredi*. Ortum ducit ab *Hebr.* רָכַב *Equitavit*, *Inſedit*, ut et *Syris* רְכַב et רְכֶב. Alia ab hoc themate derivata in ſuperioribus habuimus, p. 35.

واقتنع *Tu autem Contentus ſis.*] Imp. ab اقتنع Ektánaa, 8æ conjugationis, à verbo قنع Kânaa, quâ Conjug. *Contentum eſſe* denotat,

notat, uti etiã aliquando قنع in prima: quamvis aliàs planè contrarium significet. Suprà enim monuimus قنوع esse من الاضداد etc. v. sup. p. 42. et 66.

بِٱلْبَلَلِ *Levi aliqua aspersione*, seu *portione.*] بلل Bálalon, ut et بلة Béllaton, et بلال Belálon, etc. *Humectationem* significat; النداوة اليسيرة *Humectationem modicam* (inquit Schol.) à verbo بل Bálla, *Humectare*, *Madefacere:* ideóque كنى بالبلل عن الشي النزر من العيش *Hîc nomen hoc translata significatione pro tenui aliqua victûs ratione adhibuit*, monens ut parvo contentus degat, si pericula illa, quibus ad majora aditus obstruitur, refugiat.

Vers. 33.

رِضًا *Complacentia*, *τὸ Acquiescere.*] Hoc enim denotant رضا Redan, et رضوان Redwánon, et الرضاء Arredáo, à verbo رضي Rádiya, Fut. يرضي Yárda, Inf. رضا Rédan et Rodan, et رضوانا Redwánan, cum

Cestra

Ceſra et cum Dhamma 1æ rad. *Pacari*, *Acquieſcere*, *Sibi complacere*, *Contentum eſſe*, & *Velle*; & in 4ª Con. ارضى Arda, *Pacare*, *Dare alicui, quo pacetur*: & in 5ª ترضا Taràdda, in 10ª استرضي Eſtarda, *Conari ut pacatum reddat aliquem*, uti Author *Kamuſ*. at *Jauh.* ترضا *Difficulter pacare. Hebraicum* planè eſt, nempe רָצָה *Velle*, *benè velle*, *Gratum habere*, *Acquieſcere*: unde & nomen רָצוֹן *Voluntas*, *Beneplacitum*.

الذَّلِيل *Humilis*, *Abjecti*, *Tenuis ſortis*, *animiq; abjecti homuncionis.*] Hoc etiam *Hebraicæ* eſt originis, à דָּלַל *Attenuari*, unde דַּל *Tenuis*, *Attenuatus*; indè in lingua *Arab.* ذل Dhalla, Fut. يذل Yadhéllo, Inf. ذلا Dhollan, et ذلالة Dholàlatan, & ذلة Dhéllatan, et مذلة Madhàllatan, et ذللة Dhalalatan, verbum ex ordine Surdorum, ſeu duplicantium 2dam radicalem: ſignificat *Humilem*, *Impotentem*, *Vilem*, *Abjectum*, *Contemptibilem eſſe*; indè ذليل Dhalilon, *Humilis*, *Contemptibilis*, *Abjectus*, in Plurali

rali habet ذلال Dhelálon, et اذلة Adhellâon, et اذلة Adhéllaton. In 4ª conj. اذل Adhalla, dicitur, *Cùm quis socios habeat impotentes & abjectos*, item *Deprimere*, *Humiliare*; unde inter Dei Epitheta numeratur مذل Modhéllon, quasi dicas *Humilians*, *Deprimens*, *Qui quemcunque velit Deprimit & Humiliat.* ذل aliam etiam habet significationem, scil. *Facilem esse*, *Facilè obsequi & parere*; unde ذلول Dhalúlon, *Qui facilè regitur*, vel *facilè obtemperet*, *Obsequens*, *Facilis*, *Mitis*, cujus Plur. ذلل mox sequitur.

بِخَفْضِ ٱلْعَيْشِ *Humili vitæ statu*, vel *vitâ quietâ.*] خفض Chafdon enim significat الدعة Addáaton *Quietem*, item *Gressum lentum & facilem*, item ضد الرفع *Contrariũ Elevationis*, sc. *Demissionem*, seu *Depressionem*: indè dicitur عيش خافض *Vita quieta.* Verbum est خفض Chafoda, *Talem esse conditionem*, *Quietam* sc. *& facilem*; item Chafada, Yachfedo, *Demittere*, *Deponere.* Conferri

ferri poteft cum *Hebr.* חָפֵץ *Voluit, Complacuit*, &c. unde etiam inter Dei nomina, feu Epitheta, apud eos الخافض fc. من يخفض الجبابرة والفراعنة ويضعهم *Qui Deprimat & Deturbet Gigantes & Pharaones, Contumaces*, fcil. et *Rebelles.*

آلعَيْش *Vita, victus.*] عَيْش enim idem fignificat quod حياة, *Vitam*, fcil. item *victum quo fuftentatur vita*, à themate عاش Aſha, Fut. يعيش Yaïſho, Inf. عيشا Aiſhan, et معاشا Maáſhan, et معيشا Maïſhan, et معيشة Maïſhatan, et عيشة Iſhatan, et عيشوشة Aiſhuſhatan. معيش autem et معاش indifferenter vel Infinitivorum vel Nominum rationem fubire notat *Jauh.*

مَسْكَنَة *Paupertas.*] مَسْكَنَة *Paupertatem* denotat; item الخضوع والذلة والضعف والحال السيئة, *Submiſſionem, Humilitatem*, et *Imbecillitatem, Miferam vitæ conditionem.* Thema eſt سكن Sácana, quod *Quiefcere*, item *Sedem figere*, et *Habitare* fignificat;

significat; ut ita cum *Hebr.* שָׁכַן *Habitare, Manere, Commorari* conveniat, (cum illis etiam מִסְכֵּן cum ם *Pauperem* significet.) Indè مسكين Mascinon, *Pauper*, et من لا شي له *Qui nihil poßidet*, aut saltem non quantum ipsi sufficiat. Ita distingui volunt (teste Anthore *Kam.*) nonnulli المسكين Almascíno, ab الفقير Alfaciro, quod *Pauperem* etiam denotat, ut الفقير sit *cujus facultates admodum tenues sint*, المسكين *cui nullæ*; aut الفقير *Qui inopiâ laborat*, المسكين *Quem inopia abjectum reddidit*. Quanquam volunt nonnulli المسكين esse, qui meliori sit aliquantulum conditione quam الفقير, alii utrúmque nomen indifferenter sumi, quod maximè probabile videtur. Ita autem dicitur *Pauper*, لسكونه الى الناس referente *Almotarrezio*, *Quod hominibus se adjungat*, *iisq; nitatur*; vel, ut Author *Kamusii*, Quia اسكنه الفقر i. e. قلل حركته *Quiescere eum faciat*, vel *motionem ejus quasi impediat rerum inopia*. Inde verba سكن Sacona, et

et تسكنى Taſáccana, et تمسكنى Tamaſcana, *Pauperem eſſe.* Fœm. dicitur et مسكين et مسكينة. Maſculini Plural. eſt مساكين Maſacino, et مسكينون Maſcinúna; Fœmin. مسكينات Maſcinâton. Ita etiam et *Syris* מַסְכִּינָא *Egenus*, *Pauper*, מַסְכִּינוּתָא *Paupertas*, *Egeſtas*, &c. Vult ergò, Humilem et tranquillam vitæ conditionem pro ignominioſa et ignobili paupertate, generoſo animo, qui ſumma cum periculo malit, quam tutò humilia, haberi.

وَالْعِزُّ, *At Potentia*, ſeu *Gloria.*] عِزٌّ enim oppoſitum eſt ذُلٌّ Dhellon, cujus modò mentionem fecimus, quod *Humilitatem et Abjectam vitæ conditionem* denotat. Thema eſt عَزَّ Azza, *Potentem eſſe*, item *Rarum et charum eſſe*, item *Difficilem eſſe*, et *Prævalere:* et qui talis eſt, dicitur عزيز Azízon. Conferatur cum *Hebr.* עָזַז *Roboravit*, item *Roboratus fuit*, et עֹז *Robur*, *Fortitudo*, et *Syr.* עַז *Fortificatus fuit*, &c. cum derivatis. Hinc etiam inter Epitheta Dei numerant المعز Almoezzo, Qui ſcil. يهب العزان يشا من

من عبادة *Qui dat potentiam et gloriam cui libuerit servorum suorum.*

عنق رسيم *In gressu citato.*] رسيم *Speciem quandam gressus citati* denotat, à verbo رسم Rásama. F. يرسم Yársemo, quod inter cætera, *Gressu citato ire* significat, ab alia puto رسم significatione, *Signandi* scil. et *Imprimendi*, (quo sensu convenit cum *Chald.* רְשַׁם *Consignare:*) atque ita explicat *Ebno'l Athir*, الرسيم ضرب من السير السريع يؤثر في الارض, i. e. Ar'rasim *species est gressûs citati, quâ impressio fit in terrâ*; ideóque dicitur ناقة رسوم *Camelus, qui impressionem facit in terra inter eundum*, من شدة الوطء *Quod eam fortiter calcet.* Aliæ gressûs species sunt, 1°. العنق Alánako, *Quæ tardior*, 2°. الذميل Addhamilo, *Quæ paululùm citatior*; & *quæ eam superat* الرسيم.

الأينق *Camelorum fæm.*] Est أينق inter pluralia, quæ multa sunt, à Sing. ناقة *Camelus fæmina*, quod in superioribus occurrit

currit prope initium Poematis. Cujus Etymon peti forſ. poteſt è linguâ *Hebr*. ex eo quod legimus *Geneſ*. 32. 15. גְּמַלִּים מֵינִיקוֹת *Camelos fœminas lactantes*. Pluralia hæc enumerat Author *Kam*. ناق Nakon, et نوق Núkon, et ادوق Onúkon, et انوق An'okon, et اونق Awnokon, et اينق Ainokon, et نياق Niyákon, et ناقات Nakáton, et ادواق Anwákon; tum etiam Plur. Pluralium اياذق Ayánekon, et دياقات Niyakáton. De verbo استنوق v. ſuprà p. 20.

النـّـل v. p. 147. et 148. Senſus eſt, Illi potentiam et gloriam conſequuntur, qui adipiſcendæ ejus gratiâ quaſlibet ſubeunt moleſtias, & frequentia, & quantumlibet periculoſa ſuſcipiunt itinera; neque ſe otio et quieti dedunt, eò quod domi tutiùs latere poſſint.

Verſ. 34.

فَادْرَأْ بِهَا *Conjice ergo te cum* (vel *ſuper*) *illis*.] Illis ſcil. vectus ادرا Imperativum eſt, à verbo Hamzato درا Dáraa, ſignificante idem quod دفع Dáfaa, *Pellere*, *Impellere*,

lere, *Projicere*, &c. Item *Ex improviso supervenire*, vel *adoriri*: *Oriri* etiam, cùm de Sole, Stellâ, vel Die dicitur, à prima significatione; quia scil. Solis vel Lucis adventus *pellat* tenebras. Item *Sternere*, *Substernere*.

في نحور البيد *In occursum desertorum*.] vel forſ. *In intimas partes desertorum*; ad verbum *in Jugula*. نحور plurale est τῦ نحر Nahron, quod *summam pectoris*, vel *infimam gulæ partem* denotat. Unde verbum نحر de quo supra p. 114. *Jugulare*, *Illam partem transfigere*. Hîc Metaphorâ satis obscurâ deserto tribuitur. Aliàs etiam ad alia transferri solitum, ut ad *primam diei* vel *mensis* partem significandam, dicitur enim نحر الشهر, et نحر النهار: Item ad *summum rei* denotandum, ut cùm dicitur اتانا في نحر الظهيرة *venit ad nos in* نحر Meridiei, i. e. حين تبلغ الشمس منتهاها من الارتفاع كانها وصلت الى النحر وهو اعلى الصدر *Cùm attigiſset Sol summum ascensionis suæ punctum, quasi jam perveniſset ad* النحر, *quod est summum pectoris*: ita ergo hîc pro *ultimis desertorum finibus* sumi potest. Vel, ut dixi, reddi potest, *In occursum*, ab alio verbi

verbi hujus uſu; ut cùm dicunt منازل بنـي فلان تتناحر i. e. *Loca eorum ex oppoſito ſita ſunt.* & جلس فـلان في نحـر فـلان i. e. قابلة *ſedit ex oppoſito illius*, & نحرته i. e. قابلته *ex oppoſito*, ſeu *obviam & in occurſum ipſius veni.* Quid velit interim patet; nempe ut per loca avia & deſerta, per quasvis itinerum moleſtias & pericula ad gloriam properet.

البيد *Deſertorũ.*] بيد Pl. eſt à Sin. البيداء *Deſertum* ſignificante; à Themate باد *Periit*, quod idem prorſus eſt, tranſpoſitis ſolùm radicalibus, cum *Hebr.* אָבַד. Indè dicitur البيداء Albaidáo, *Deſertum*, quod ſit مهلكة Mahlácaton, quaſi dicas, *Locus perditionis.*

جافلة *Dum properant.*] Epitheton eſt præcedentis الاينق, Camelos fœm. denotantis, ad quod ها in بها refertur. In accuſativo ponitur, quòd ſit الحال, *ſtatum* ſc. rei deſcribat. Eſt autem Particip. fœminin. á جفل Jáfala, inter cætera ſignificante *Properare.*

مُعَارِضَاتٌ *Æquantes.*] Participium etiam fœm. 3æ Conj. Accusativi etiam casûs, & Epitheton alterum, ulteriùs declarans الحسان seu *statum* Camelorum istorum; quod sc. *citato gressu suo equos velocissimos æquent.* Thema عرض cum derivatis suis multas admodum et diversas habet significationes: in 3ª Conjugatione عارض Arada, cujus hîc participium habemus, denotat, *Æquare, Patefacere, Conferre,* item *Declinare.* Ita dicunt عارضته في المسير *Ex adverso ejus ivi,* & عارضته بمثل ما صنع *Par pari retuli:* item عارضت كتابي بكتابه *Librum meum cum libro ejus contuli.*

مَثَانِي ٱللُّجُمِ *Flexuræ frænorum.*] مثاني Plur. est à Sing. مثنى Mathnan, *Locum ubi quid flectitur,* vel *duplicatur,* significante, à Themate ثني quod (uti antea p. 137. vidimus) *Plicare, Duplicare,* & *flectere* denotat: unde nomen loci مثنى.

ٱللُّجُمِ *Frænorum.*] لُجُم & أَلْجِمَة Pluralia sunt à لجام Lejámon, *Frænum,* quod originis

ginis peregrinæ eſſe notant *Arabum* Grammatici. Propriè equis tribuitur, ut الزمام Az'zemámo, Camelis. Porro & quocunq; ligatur ſeu obſtringitur aliquid, dicitur لجام. Inde verbum in quartâ Conjugatione الجم *Frænare*, *Frænum imponere:* unde in celebri *Mohammedis* dicto, من سيل عما يعلمه فكتمه الجمه الله بلجام من نار يوم القيمة *Qui interrogatus de veritate aliquâ eam celaverit, frænum ignis illi imponet Deus in die judicii*. Ebno'lAthir.

جُدُلٍ بِأَجْدُلِ *Capiſtris*.] جُدُلٌ Pl. eſt à جَدِيلٌ quod denotat الزمام المجدول *Capiſtrum contortum*, vel *Funem contortum è corio aut pilis confectum*, quod capiti & collo Cameli inditur: à verbo جدل Jádala, Fut. يجدل Yáj'delo, & Yáj'dolo, *Torquere*, *Intorquere*. Ita & *Hebr.* גְּדִילִים *Inſtitæ*, *Faſciæ*: apud quos tamen hæc Thematis ſignificatio in uſu non eſt, ſed peti ſolet è lingua *Chald.* et *Syr.* quibus גְּדַל et *Syr.* גדל eſt *Intorquere*, *Implicare*, & גְּדִילָא *Funis contortus*, &c. Qu. diceret, Acquirite gloriam, properando ſcil. greſſumque citando, *donec æquent*

Camelorum capistra frana Equorum intereundum, ſcil. adeò ut celeritate & velocitate equos velociſſimos adæquent: éſtque حث منه على اعمال الركوب *Incitatio ad omnimodam feſtinationem & diligentiam adhibendum.*

Verſ. 35.

إِنَّ ٱلْعُلَي *Siquidem Celſitudo.*] v. ſup. p. 144.

حَدَّثَتْنِي *Narravit mihi.*] حَدَّثَ in ſecundâ conjugatione ſignificat *Narrare, Loqui.* Inde nomen حديث Hadíthon, *Sermo, Narratio*, vel *Colloquium*, cujus Plur. احاديث ſupra habuimus p. 103. Thema in primâ conjugatione, حدث Hadatha, *ſcil. Novum eſſe*, vel *de novo eſſe* denotat. Quo ſenſu affinitatem habet cum *Hebr.* חָדַשׁ & *Syr.* חַדֵּת *Innovavit:* atque ab iſtâ forſan ſignificatione deſumpta hæc altera, quia qui *loquatur*, vel *narret* aliquid, *novi* aliquid profert.

وَهِيَ صَادِقَةٌ. *Eſtq; ea verax*, ſeu *quod verum*

rum eſt dixit.] صادقة Particip. à verbo صدق Sádaka, *verum, veracem eſſe, quod verum eſt dicere.* Conſtruitur (ut hîc) cum præpoſitione في ut dicas, صدق في الحديث *verum narravit*; & aliàs cum duplici accuſativo, ut صدقه الحديث *Verum illi retulit.* Indè nomen الصدق Aſſédko, *Veritas, Veracitas*; hinc etiam صديق Sadíkon, *Amicus, qui vero & ſincero amore alium proſequitur.* Originem autem ducit a Themate *Hebr.* צָדַק *Juſtum eſſe:* quam *Juſtitiæ* ſignificationem etiam in linguâ *Arab.* retinet.

ٱلْعِزُّ v. ſupra p. 151.

فِي ٱلنُّقَلِ *In migrationibus de loco in locum.*] نقل Nókalon, Plur. eſt à نقلة Nóklaton, quod *Migrationem de loco in locum* denotat: à verbo نقل Nákala, *rem à loco in locum transferre*, et in octavâ conjugatione انتقل Entákala, *Transferre ſe, Migrare.* Hujuſmodi multa apud *Arabes* occurrunt, quibus ſe ad peregrinandum incitant; qualia ſunt iſta,

 إن

ان مقام المرء في بيته
مثل مقام الميت في لحده
فواصل الرحلة الي الغني
فالسيف لا يقطع في غمده
والنار لا تحرق مصبودها
الا اذا طار عن زنده

Permansio viri domi suæ, est ut permansio mortui in sepulchro suo.

Continuus ergo sis in migratione versus divitias: Ensis siquidem non scindit in vagina sua;

Nec ignis urendi vim exerit, nisi ubi evolaverit ex igniario suo.

لولا التغرب ما ارتقي در البحور الي النحور

Nisi ob peregrinationem, non ascenderet Unio marium ad colla.

فالتبر كالترب ملقي في مواطنه
والعود في ارضه نوع من الحطب

Aurum ut terra projicitur in locis suis,
Et Xylaloe in regione sua genus est ligni.

Vers. 36.

في شَرَف *In celsitudine.*] *Eminentiâ* sc.

et

et Præſtantiâ. شرف Sharafon denotat *Altitudinem, Celſitudinem, Locum Excelſum* unde montium *Arabiæ* altiſſimus nomen شريف Shoraïfon ſortitus eſt. *Kam.* Significat etiam *Gloriam & Nobilitatem*, à verbo شرف Sharofa, *Eminere, Illuſtrem eſſe*; unde & *Illuſtris, Eminens*, dicitur شريف Sharifon, Plur. شرفاء Shorofáo, et اشراف Aſhráfon, quem titulum ſibi quaſi peculiari jure vendicant inter *Arabes* à *Mohammede* oriundi.

آلْمَأْوَى *Manſionis.*] المأوى *Locum, Manſionem,* ſeu *Habitationem* denotat, ab اوى Awa, Fut. ياوي Yáwi, Inf. اويا Owiyyan, et اواء Ewáan, *Recipere ſe ad locum, Manere in loco.* Conſtruitur et cum Accuſativo, et cum præpoſitione الي, ut dicere liceat اويت الي منزلي et اويت منزلي. Inde nomina الماوي Almáwa, et Almáwi, et الماواة Almawáto, locum denotantia. Conferri poteſt اوى cum *Heb.* אָוָה. v. Pſ. 132. 13, 14.

بُلُوغ مُنى *Conſequutio, Aſſecutio votorum.*] بلوغ Bolúgon Thema habet بلغ Bálaga, quod *Pertingere, Pervenire*, vel

 ſaltem

ſaltem *quàm proximè accedere* denotat, in 3ª Conj. بالغ *Summam adhibere diligentiam.*

مُنًى *Votorum, Deſideriorum.*] Plur. à ſing. منية Mónyaton, vel Ményaton. Ita in verſu ab acutiſſimo Philoſopho *Ebn Baja* laudato,

مني ان تكن حقا تكن احسن المنى
والا فقد عشنا بها زمنا رغدا

Vota ſi vera fuerint, ſunt optima votorum:
Sin minus, at certè eorum beneficio viximus tempora jucunda.

Idem ſignificat الامنية Alomnìyaton, et in plur. habet الاماني Alamániyo. Thema مني Mána, in 1ª conj. ſignificat *Decernere*, item *Probare*: unde المنية Almaníyyato, *Mors*, quaſi unicuique *decreta*, ſeu ex vero Dei *decreto* obtingens. In quintâ conjug. تمني Tamánna, *Optare*, *Deſiderare* ſignificat.

لَمْ تَبْرَحِ *Non deſereret.*] Fut. verbi بَرِحَ Quòd (ut cæteras hujus Thematis ſignificationes, quæ hujus loci non ſunt, omittam) ſignificat *Deſiſtere*, item *Relinquere*, *Deſerere locum*, ſeu *Separari à loco*; atque hoc ſenſu planè convenit cum *Hebraico* בָּרַח *Fugit*, *Aufugit*. لم particula inter eas eſt, quæ

futurum

futurum Jezmant, ſeu Apocopen illi inducunt, atque ultimam vocalem tollunt; dicendum ergò regulariter, لَمْ دَيُرِج. Movetur autem litera ج vocali Ceſra, لالتقا السّاكنين (inquit Scholiaſt.) ob concurſum duorum quieſcentium, ſcil. quòd & quæ ſequatur litera vocali careat. Eſt enim regula in Grammat. tradita p. 14. *Si dictio præcedens [Elif unionis] terminetur Conſonante, ea aſſumit Ceſram.* &c.

ٱلشَّمْسُ v. ſuprà p. 12.

يَوْماً *Aliquando.*] يَوْمٌ *Arabibus* idem quod *Hebr.* יום *Dies.* Notum eſt autem Nomina in Accuſat. apud *Arabes* facilè adverbiaſcere: ita hîc يوماً *Aliquando, Unquam;* additóque articulo reſtrictionis اليوم Alyauma, *Hodie, Nunc.* v. Gram. p. 171.

دَارَةَ ٱلْحَمَلِ *Manſiunculam ſigni Arietis.*] دَارَة ſignificat idem quod دَار, ſcil. *Manſiunculam,* ſeu *locum ubi commorantur,* vel *ſimul degunt aliqui;* quo ſenſu ab *Hebr.* דור *Habitare,* originem ducit; item *Atrium;* item *Circulum,* idem ſcil. quod دائرة Dayératon;

yêraton; item *Halonem*, *Solem vel Lunam ambientem*: à verbo دار, Fut. يدور, Inf. دورا Dáuran & دورانا Dauránan, *Circuire*, *Ambire*.

حَمَلٌ (ut cæteras hujus Them. significationes omittamus) significat الخروف Alcharúfo, i. *Agnum*; (in pl. habet حملان Homlánon, et احمال Ahmálon.) item *Nubē pluviâ abundantē*: item *signum Arietis*, in cujus gradu (inquit Scholiast.) 19° تشرف الشمس *Est Sol* in شرفها i.e. *Exaltatione suâ*. Neq; tamen ibi consistit, sed alia pervagatur signa: etiam & Libram, in quâ est هبوطها, i.e. *Descensio*, *& Dejectio*, seu *Casus ejus*, ut loqui amant Astrologi. Cujus exemplo monet Poëta, ne loco suo affixus hæreat, qui magnas spes animo foveat; cùm sint الحركات بركات (ut loquuntur *Arabes*) i. e. *Motiones Beatitudines*, scil. nonnisi motu & migratione acquiratur beatitudo. Huic geminum illud Hammadi *Ebn Hebatallahi*,

قالوا دراك كثير السير مجتهدا
في الارض تنزلها طورا وترتحل
فقلت

فقلت لولم يكن في السير فايدة
ما كانت الشمس في الابراج تنتقل

Dixerunt, Videmus te multum esse in proficiscendo, ac molestiam tibi facessere in terrâ; dum in ea sedem figis subinde, dein migras. *Dixi, Nisi eßet in proficiscendo utilitas, non se transferret Sol in signis cœlestibus.*

Vers. 37.

أَهَبْتُ *Inclamavi.*] هَابَ, uti antea monuimus p. 127. *Timere* significat: ab eodem tamen Themate اهاب formá quartâ aliam habet significationem, scil. *Increpare*, & *Inclamare.* Propriè est *Increpare jumentum*, vel, & *Inclamare*, dicendo هب Hab, vel هاب Hâb, quæ particulæ sunt *Increpandi*, atque etiam *Vocandi:* generaliùs tamen etiam pro *Inclamare*, vel *vocare* usurpatur; ut, اهبته الى الخير i. e. دعوته *Vocavi illum ad bonum, Invitavi,* scil. *monui ut illud amplecteretur*, et اهبت بالرجل *Vocavi ad me virum.*

بالحظ

بالحظّ *Fortunam.*]Ita reddendũ puto. حظ Háddhon enim *Portionem* significat; sed propriè من الخير والفضل *In bono*, scil. seu الحظ والبخت *Fortunam prosperam & fælicitatem*.In Pl.habet احظ Ahóddhon,& احاظ Ahádhõ,et حظا Hedhádhõ,& حظاء Heddháon, et حظ Hóddhon, & حظوظ Hadhúdhon,et حظوظة Hodhúdhaton.Verb.est حظ Háddha,Fu. يحظ Yahàddho,Inf. حظا Háddhã,*Prosperâ uti fortunâ*:et *qui eâ utitur*, حظ Háddhon dicitur, et حظيظ Hadhidhon, et حظي Háddhiyon, et محظوظ Mahdúdhon.

لو ناديت *Si vocâssem*, vel *Inclamâßem.*] نادي scil. In tertiâ conjug. hanc *Vocandi* seu *Inclamandi* significationem habet. ندا Nada, in primâ, *Convenire*, seu *Congregari* denotat, atque etiam *Ad cœtum vocare*, *Convocare*; نادي autem *vocare*. Construitur autem vel cum Acc. vel cum Præposit. ب, ut dicatur ناديه vel ناديت به. Inde نداء Nedáon, et Nodáon, *Vox, Invocatio, Clamor*.

مسمعا

مُسْتَمِعًا *Qui aurem præbere vellet.*] Particip. 8æ Conjug. استمع Eſtámaa, quod *Auſcultare*, vel Aurem præbere denotat, à سمع Sámea, Fut. يسمع Yáſmao, idem quod *Hebr.* שָׁמַע *Audivit*, *Exaudivit.*

بِأَجْهَالِ *Circa ſtultos.*] جهال Jóhálon, et جهل Jóhlon, & Jóholon, et Jóhalon, et جهلاء Johláo, Pluralia ſunt à ſing. جاهل Jáhelon, & جهول Jahúlon, *Stultus*, *Fatuus*, *Ignarus:* à Themate جهل Jáhela, Fut. يجهل Yáj'halo, Inf. جهلا Jáhlan, et جهالة Jahálatan, quod eſt ضد علم *Contrariæ ſignificationis* τῷ علم Alema, quod *Scire* denotat, *Ignorare*, ſcil. *Neſcire*, *Scientiæ expertem*, *Ignarum*, *&* *ſtultum eſſe.*

فِي شَغَلٍ *Occupata.*] In MS. شُغُلٍ ; ſed nihil refert ſive per Fatha, ſive per Dhamma ſcribatur: idem enim notant شغل Sháglon, et Shágalon, et Shóglon, & Shógolon, ſcil. *Laborem*, *Negotium*, *Occupationem.* In plur. habet اشغال Aſhgálon, et شغول Shogúlon. Verbum شغل Shágala, *Negotium alicui*

cui facessere, seu *Illi quo occupetur tradere*; in Pass. شغل Shógela, cum Præpos. عن construâum denotat, *Aliis occupationibus detentum esse, ne rei alicui vacet.* Ita dicunt شغلت بذلك وعكن *Eâ re ita occupatus & detentus sum, ut tibi vacare vel tui rationem habere nequeam:* & in activo, شغلتني عنك الشواغل *Detinuerunt me occupationes, quo minus tibi vacarem.*

Vers. 38.

لعلّ v. supr. p. 120. In MS. est, لعله ان يبدوا. Utróque modo versus constat.

ان بدا *Si appareret.*] بدا Fut. يبدو Inf بدوا Bádwan, et Bodúwwan, & Bód'an, & بدا Bád'an, & بداة Badátan, idem quod ظهر *Apparere, Manifestari.* Differt à بدا Bádaa, *Incipere*, quòd ejus ultima Rad. sit Hamza, hujus و, & proinde sit è defectivis و.

فضلي *Excellentia mea.*] v. suprà p. 9.

ونقصي

وَنَقْصُهُمْ, *Et Defectus, seu vilitas eorum.*] نقص Nakson, contrariæ significationis est præcedenti وصل, denotatque الخسران في الحظ *Defectum in portione*, boni scil. *Defectum, Diminutionem*, ideóque *Vilitatem*. Verbum نقص Nákasa, & transitivè usurpatur & intransitivè, vel pro *Deficere*, vel pro *Diminuere*. اهل نقص الراي pro ἄφρονες, *Rom.* 2. 20. ذا النقص pro τὸ ἔλαττον, *Hebr.* 7. 7.

نامَ عنهم *Dormiret ab illis, illos sc. negligeret.*] عن hic denotat التجاوز *Præteritionem, & Omissionem*; ac si dixisset, تجاوز امرهم, ونام *Illos & res eorum neglectui prorsus haberet*, ac si *dormiret*, vel *oculos somno clausos haberet*. v. p. 67.

تنبّه لي *Mei rationem haberet.*] Verbum نبه Nábeha, cum Cesra, & conjunctum cum ل, idem quod فطن Fátena, *Attendere, Intendere, Expergisci, Evigilare*. نبه Nábo-ha, cum Dhamma. *Celebrem esse*, vel ut Author *Kamus*. cum utrâlibet 3um vocalium. نبّه Nabbaha, in secundâ, & انبه Anbaha, in

in quartâ Conj. *Expergefacere, & Excitare.* تنبّه Tanábbaha in 5ª, & انتبه Entábaha in 8ª, *Expergisci, Excitari*, scil. ut rei alicui attendat, & animum advertat.

Vers. 39.

أُعَلِّلُ النفسَ *Mulceo animam meam*, vel *Sedo animam meam*, vel *meipsum*.] Verbum علّ Alla, varia habet significata, v. g. *Infirmum esse, Ægrotare*; unde علّة Ellaton, *Morbus*; cujus Plur. علل Elalon, suprà in hoc ipso Poemate occurrit, v. p. 123. Item *Secundâ vice bibere*. Inter cætera علّل Allala, in Conjug. 2dâ, *Mulcere, Sedare, Compescere*; eo sensu nempe est cùm alicui præbetur aliquid, quo contentus aliud, cujus desiderio tenetur, minus curet, ut cùm Infanti ubera materna cum vagitu quærenti aliud aliquid, cujus dulcedine illiciatur, objicitur. Illud, quod hunc in finem adhibetur, dicitur تعلّة Taéllaton, et علالة Olálaton: & تعلّل Taállala, in 5tâ. conjug. *hoc modo Sedari*, vel *Placari*, *Re aliqua detineri, nè alterius desiderio angatur.* Ita Poeta noster cùm rebus ipsis potiri non liceret, spem

tamen

tamen retinet, quâ animum inquietum mulceat, quod ferè unicum eſt ſpei commodum, quòd ſit miſerorum ſolatium: unde ille,
نعم الرفيق الامل ان لم يبلغك فقد اءنسك
Quàm Jucundus Comes eſt Spes? ſi minus ad votorum finem te perducat, non deſerit tamen, neq; mulcere & blandiri deſiſtit, verum interim illud in adagio, من كان الطمع له مركبا كان الفقر له صاحبا *Qui vehitur curru Spei, ſociā habet paupertatem.* v.p.162.

ٱلنَّفْسَ v. p.ult. بِٱلْآمَالِ v. p. 42.

أَرْقُبُهَا *Quas expecto.*] رَقَبَ, Fut. يَرْقُبُ Inf. رقبة, Rèkbatan, & رقوبا Rokúban, & رقبانا Rokbánan, &c. *Expectare*, item *Obſervare*, & *Cuſtodire*. Hîc ergo idem denotat ارقب Arkobo, quod انتظر Antádhero, *Expecto*, ſc. quando votorum iſtorum compos fiam.

مَا أَضْيَقَ ٱلْعَيْشَ *Quàm arcta*, ſeu *anguſta eſt vitæ conditio.*] اضيق A Themate ضاق Fut. يضيق Yadiko, Inf. ضيقا Dikan, & Daikan, *Arctum*, *Anguſtum* eſſe,

esse, idem ferè quod *Hebr.* צוק. Duæ sunt *Arabibus* formæ التعجب, seu *quando cum admiratione aliquid proferre volunt*; una ad formam præteriti افعل Af'ala, præposito ما, ut hic ما اضيق Adyaka; altera ad formam imperativi, افعل Af'el, constructa cum ب: ita dices مَا أَكْبَرَهُ vel أَكْرِمْ بِهِ *Quàm honorandus est!* Prior verò formula, si ad verbum explicetur, sonat, *Aliquid illum honoratum reddidit*, ut idem valeat ما ac شي عظيم *Res aliqua mira* vel *magna*, juxta celebrem Grammaticum *Sibawiam*; vel, ut vult *Alacphash*, *Quod honoratum eum reddidit aliquid est*, ut significet ما *Quod*. 2ª. *Honora illum*, juxta *Alacphash*, vel secundùm *Sibawiam* اكرم Ac'rem pro Ac'rama, Imperativum pro Præterito: utróque modo admirationis affectus exprimitur. Hîc ergo exclamat mirabundus, Nimis arctam & angustam fore vitæ rationem, nisi spei beneficio dilatetur.

آلعَيْش v. p. 149. pro eo hîc in MS. est الدهر.

لو

لَوْلَا فُسْحَةُ ٱلْأَمَلِ *Niſi ſpes eßet, quæ dilataret.*] Ita Schol. لولا ان فسحة الامال في الامال راحة النفوس quia توسعه *Spes habent in ſe quod quietem præſtet animis.* فسحة *Latitudo, Spatium,* à verbo فسح Fásoha, *Latum, Amplum,* vel *Spatioſum eſſe,* contrarium τῷ ضاق, cujus modò facta mentio: inde & فسيح *Latus, Amplus,* ut in illo *Alis* dicto, in litera ظ, ظِلُّ عُمْرِ ٱلظَّالِمِ قَصِيرٌ وظِلُّ عُمْرِ ٱلْكَرِيمِ فَسِيحٌ *Duratio vitæ Oppreſſoris brevis eſt, duratio verò vitæ Munifici eſt ampla;* ita enim potius legendum puto, quàm ظل عمر & قصيرا, ut in impreſſis.

Verſ. 40.

لَمْ أَرْتَضِ ٱلْعَيْشَ *Non placuit mihi vita, Nil vidi in vita quod mihi placeret.*] Fut. eſt Jezmatum 8æ Conjug. ارتضي Er'tada, ſc. quâ formâ idem valet quod in 1ª رضي Radiya,

diya, cujus Fut. ارضي Arda hoc ipso in versu sequitur: significat autem *Acquiescere, Contentum esse, Sibi complacere, & velle.* In 4ª Con. ارضى Arda, *Pacare, Dare alicui quo pacetur.* v. sup. p. 146. Jezmatur autem, seu Apocopen patitur ارْضَ ob influentiam particulæ لم, atque ita excidit ultima radicalis; dat eadem particula futuro significationem præteriti.

وَالْأَيَّامُ مُقْبِلَةٌ *Cùm dies accederent.*] Est enim مُقْبِلَةٌ Particip. 4tæ Conjug. اقبل Akbala, quâ forma denotat *Accedere, Advenire, Anteire, Procedere, Se ad aliquem convertere*; ut & in ling. *Syr.* אַקְבֵּל *Occurrere, Obviam ire.* Per *dies* autem *accedentes* seu *procedentes Juventutem* intelligit; ut per *abeuntes,* seu *recedentes* senectutem. Ita Schol. ما رضيت بالعيش في صباي ان كانت الايام مقبلة وكيف ارضى العيش وقد كبرت والايام قد ولت عني *Non placuit mihi vita cùm Juvenis essem, & quasi accederet tempus, & faciem mihi converteret; quomodo ergò mihi placere poterit,*

rit, cùm ſenuerim, & terga vertat idem recedens. Uſurpatur etiam اقبل Akbala pro *proſpero uti ſucceſſu*, atque ita مقبلين *Proſperi* redditur à *Maronitis* Pſ. 125. 8. quo ſenſu & hîc reddi poſſet, *cùm dies eſſent proſperi*, ſeu *mihi faverent*. Thema قبل Kábela varias habet ſignificationes, inter cæteras, *Accipiendi & Acceptandi*, ut *Hebr.* קִבֵּל *Syr.* ܩܰܒܶܠ.

أَيَّامُ] الأَيَّامُ Plur. ab يَوْمٌ idem quod *Hebr.* יום *Dies.*

وَلَّتْ وَلَّتْ *Cùm jam receſſerint*, ſeu *abierint.*] ولي Walla, in 2da Con. & تولي Tawálla, in 5a idem valent quod ادبر Adbara, contrarium ſcil. præcedentis اقبل, i.e. *Recedere, Retrocedere, Terga vertere*, & conſtructum cum عن *Declinare, Avertere ſe*; aliàs ſignificat *Præficere*, quod hujus loci non eſt, ut ولي Wála, in 1a Conj. *Præeſſe*, item *Prope eſſe.*

عَلَى ٱلْعَجَلِ *Properè, Curſu citato*, ad verbum *cum acceleratione* vel *feſtinatione.*] عجل

عجل Ajalon, & عجلة Ajálaton, *Celeritatem* & *Festinationem* denotat, & عجل Ajelon, & Ajalon, *Celer*, *Festinans*, *Accelerans*, à verbo عجل Ajela, Fut. يعجل Yáj'alo, *Festinare*, *Properare*.

عاي hîc idem quod في.

Verſ. 41.

غالي بنفسي *Magno æstimat animam meam*] Ita Schol. طلب الغلا في قيمتها *Magno eam pretio licetur*. Eſt enim غالي 3ª Conj. à غلي Gala, ſignificante *caro vendi:* cui contrarium رخص *parvo pretio licere*; unde, quod mox ſequitur, رخيص, *Quod vilis pretii eſt*, ut غال Galin, *Quod caro venditur*. Utrúmque exhibet proverbium illud كل رخيص غال *Quicquid vili emitur caro emitur*, ut & illud alterum ان البيع مرتخص وغال *Venditio eſt, ſive quid vili vendatur, ſive caro*. Verbum غلي Gala, aliàs etiam *Modum excedere* denotat. Verſus hîc poſtu- بنفسيه, ſicut & MS. exhibet, عرفاني

عِرْفَانِي *Cognitio mea,* ſeu *quòd cognoſcam.*] عرفان Erfanon, idem quod معرفة Ma'réfaton, *Cognitio* ſc. à verbo عرف Arafa, Fut. يعرف Yá'refo, Inf. عرفانا Erfánan, & معرفة Ma'réfatan, *Scire, Cognoſcere.*

بِقِيمَتِهَا *Pretii* ſeu *valoris ejus.*] Illud enim denotat قيمة Kimaton, *Pretium* ſc. *rei & valorem.* القيمة العوض وقيمة كل شيء ما يقابله في العوض Schol. i. e. القيمة *idem ſonat quod* العوض; & قيمة *cujuſq; rei, illud eſt quod ex adverſo ejus ſtatuitur* في العوض *in permutatione.* Ita in iſto *Alis* dicto, قِيمَةُ ٱلْمَرْءِ مَا يُحْسِنُهُ *Valor uniuſcujuſq;*, juxta quem ſc. æſtimari debet, *eſt illud in quo excellit,* ſeu *quod callet.* Thema eſt قام Káma, Concavum و, quod ſignificatione cum *Hebr.* קום convenit. قوم Kawwama, in 2ª Con. & استقام Eſtakáma, in 10ª inter alia ſignificat *Pretium rei ſtatuere.*

فَصُنْتُهَا *Cuſtodivi ergò eam.*] صان v. ſup. p. 7.

عَنْ رَخِيصِ ٱلْقَدْرِ *Ab eo qui vilis pretii est.*] رخيص, enim, uti monuimus p. 176. contrariæ est significationis ت غال, quod *carum* denotat. Verbum est رخص, Ráchosa, *Vilis pretii fuit:* in 4ª Con. ارخص Archasa, *ut ita sit efficere*, item, *vili pretio emere*, item *ita emptum putare*, ut et ارتخص Ertáchasa, in 8ª conj. Nomen رخص Róchson, *vilitas pretii*, cujus contrarium الغلا Algola.

القدر Alkadro, pro *pretio* sumitur, significat enim inter cætera مبلغ الشي *Summam rei*, vel *terminū ad quem res pertingit*, & *potentiam*, ut & Álkádaro, mota media radicali per Fatham, à verbo قدر Kádara, & Kádera, *posse*.

مُبْتَذَلِ *Abjecto*, vel potius, *Qui sui negligens est.*] المبتذل *Res cui custodienda nulla cura adhibetur*, vel *cujus nulla habetur ratio.* Thema بذل Bádhala, *Liberè dare & Elargire* significat, at in 8ᵛᵃ Con. *Rem nullâ habitâ ejus ratione temerè exponere*, vel *ad quoslibet promiscuè usus adhibere:* indè Particip. مبتذل Mobtádhalon; فلان

فلان ماله مصون وعرضه مبتذل (inquit *Zamachſhari* in اساس) i.e. *Opes illius ſollicitè cuſtodiuntur, Fama verò temerè exponitur,* vel *opum parcus, famæ ſuæ prodigus eſt,* nullam ſcil. ejus rationem habet. Ita & Author *Kamuſ.* الابتذال, Alebtedhálo (inquit) ضد الصيانة *Contrariam habet ſignificationem* ‏ﺻﻴﺎﻧﺔ Siyánato, quod *Curam* & *Cuſtodiam* denotat. Significat etiam المبتذل *illum qui veſtes viliores,* quæ etiam بذلة Bédhlaton, & مبذلة Mebdhálaton vocantur, *induit*; item من يعمل عمل نفسه *Qui quæ peragenda habet,* (etiam viliſſima quæque munia) ipſe peragit. Hoc ſe ergò ex ſui, i.e. præſtantiæ ſuæ & virtutum cognitione conſequutum aſſerit Poeta, nè ſe vilibus, & nullius, vel apud ſe vel apud alios, pretii homuncionibus æquet, ſed majorem ſui rationem habeat; ita ſi ad perſonam referatur: vel, ſi fortè ad rem referri volumus, valebit, Nè ſe vili & facili pretio æſtimet, vel pro rebus vilioribus, quarum nulla habenda eſt ratio, animam ſuam commutet. MS. legit مبتذل Mobtadheli; ut ſit participium activum, (quam lectionem ſi ſequamur, perſonam neceſſa-

necessariò respiciet,) *qui sui prodigus est.*

Vers. 42.

وَعَادَةٌ] عَادَةٌ *Mos, Consuetudo.* Thema est Concavum عاد ,و Fut. يعود quod in 1ma Conj. significat *Redire*, atque ideo vocatur *Consuetudo* عادة (inquit *Ebn Phares*) لان صاحبه لا يزال معاودا اليه *Quia non desinit quis ad eam redire.* Significat inde etiam عاد tum in primâ, tum in aliis conjug. ut اعتاد E'táda, & تعود Taáwwada, *Rem sibi in Consuetudinem vertere*, *Assuescere rei*, & عود Awwada in 2dâ *Assuefacere.* عادة autem in plurali habet عاد Adon, & عيد Idon, & عادات Adáton.

ٱلنَّصْلِ *Gladii.*] نَصْلٌ *Gladium* denotat, propriè ما لم يكن له مقبض *quamdiu capulo caret*, *Laminam* scil. *Gladii*, item *Ferrum*, seu *Cuspidem hastæ*, vel *jaculi*, ut jam suprà dictum: in plurali habet انصال Ansálon, & نصال Nesálon, & نصول Nosúlon.

أَنَّ

أَنْ يُزْهَى *Ut fulgeat, Superbiat.*] Significat hoc verbum *Aſpectu pulchrum eſſe:* ita Lexica, الزهو Alzáhwo eſt المنظر الحسن Almándhar Alháſano, *Aſpectus pulcher,* item *Superbia, Faſtus, Gloriatio*; quo ſenſu verbum, formâ præcipuè paſſivâ, uſurpatur, ut etiam aliàs cùm Activam habeat ſignificationem; dicitur enim زهي Zóhiya, *Aſpectu pulchrum eſſe*, item *Superbire:* atque eſſe *Arabibus* verba quædam quæ non occurrant niſi formâ paſſivâ, وان كان بمعني الفاعل *etiamſi ſignificatione potius activâ ſint*, notat Grammaticus *Jaubarius*, ut زهي Zóhiya, *Superbire*, عني Oniya, *Rem curare*, نتج Nóteja, *Concipere*, vel *Gravidari*, &c. Sed dici etiam, licèt raró, زها Záha, monet Author *Kamuſii.*

بِجَوْهَرِهِ *Nitore ſuo.*] الجوهر Explicat Author *Kamuſii* quod ſit كل حجر يستخرج منه شي ينتفع به *Quilibet lapis è quo extrahi*, vel *elici poſſit aliquid, quod utile ſit*, item *Subſtantia*, ſeu *natura rei*; vulgo ita dicitur *quilibet lapis pretioſus, & Gemma.* Hic monet Scholiaſtes intelligi *gemmeum laminæ undu-*

undulatæ nitorem, quo oculos perstringit. Monet J*auharius* non esse originis *Arabicæ*, licèt à جهر Jáhara, forsitan satis commodè peti videatur, cùm sint inter hujus radicis significata, *Claritas & perspicuitas*, & *perstringere oculos.*

وليس يعمل *At non agit, non præstat, seu perficit opus suum.*] ليس Laisa, *Negandi* verbum, verbum inquam; ita enim à plerisque *Arabum* Grammaticis habetur, quia scil. in præterito more verborum variatur: aliis caret temporibus & modis, & Adverbii more aliis apponitur verbis, nec aliam significationem habet quam *negandi*, ut particula لا; numeratur inter اخوات كان *Sorores verbi* كان, seu quæ eodem modo construuntur quo كان, in li. J*arumia.*

يعمل Fut. ab عمل significante F*acere, agere, operari*; idem ferè quod *Hebr.* עָבַל, *Syr.* עֲמַל: يعمل Yá'malo autem idem hîc valere monet Schol. ac يفري ويقطع F*indere, vel Scindere*; ubi obiter notandum فري convenire cum *Græco* πρίω.

الا في يدي بطل *Nisi in manibus* [*viri*] *fortis.*]

fortis.] يدي Yadai, Duale eſt ab يد Yadon, idem ſignificante quod *Hebr.* יָד *Manum* ſcil. totum autem & *brachium* comprehendit, totum nempe illud, quod eſt من اطراف الاصابع الي الكتف *inter extremitates digitorum & humerum.* Radix eſt يدي Yadyon, pro quo abjectâ ultimâ ي dicunt يد Yadon: in Plur. habet ايد Aidin, & يدي Yodiyyon, PP. اياد Ayádon; in Dual. يدان Yadáno, & in obliquo caſu يدين Yadaini, cujus ن hîc ob conſtructionem abjicitur.

بطل *Fortis, Strenui.*] بطل & in fœm. بطلة Batálaton, *Fortem* & *Audacem* denotat, à verbo بطل Bátola, *Fortem* ſeu *Audacem eſſe*, aliàs Bátala, *Incaſſùm ire* ſignificat, & ab eo باطل Bátelon *Vanum*, *Falſum*, quâ notione conferri poteſt cum *Hebr.* בָּטֵל *Ceſſavit*, *Syr.* בְּטֵל *Irritum fecit.*

Ideo laudatur gladius, non quòd fulgeat, ſed quòd penetret, huic enim præcipuè fini deſtinatur; illud nitori ſuo & metalli præſtantiæ, hoc utentis viribus debet. Quod autem

tem gladio ferientis manus, hoc eximiis & illuſtribus animi dotibus præſtat fortuna; quæ ſi anguſtior, aut humilior fuerit, magnis ſæpe virtutibus obſtat, quo minus ſe in reipublicæ commodum exerant: atque hoc eſt quod queritur Poeta noſter, *Deeſſe* ſibi oſtendendæ præſtantiæ ſuæ occaſionem. Ad illuſtrandam, quam hîc adduxit, ſimilitudinem facit Hiſtoria, quam refert ex *Arabum* Annalibus Scholiaſtes. Petiit *Omar Ebno'lChetab* Imperator ab *Amro Ebn Máadi Carb*, ut enſem illum celebrem, quo tot mira peregerat, ſibi oſtenderet; allatum cùm in manus ſumpſiſſet, nec plus eo quàm alio quopiam gladio ſe præſtare poſſe vidiſſet, indignabundus & cum contemptu abjecit, nihil illum valere aſſerens: cui *Amrus*, Verum, inquit, ais Imperator, ſiquidem gladium à me petiiſti, at non brachium, quod eum vibrare ſolebat; illud cùm deeſſet, nihil præſtabat لسيف الفرزدق (ut eſt in Proverbio) *Pharezdaci* gladio, i. e. لسيف الكليل في يدى الجبان *Gladio obtuſo in manu timidi*; qualis fuit celebris iſte Poeta *Pharezdacus*, qui gladium meliùs deſcribere, quàm vibrare noverat.

Verſ. 43.

Verʃ. 43.

أُوثِرُ مَا كُنْتُ *Non elegiʃʃem, vel optâʃʃem*, ʃcil. ʃi mihi optio data eʃʃet.] اوثر Fut. 4tæ Conj. ab اثر Athara & Athera, utrâque formâ, at præcipuè 4tâ, idem valente ac اختار Echtára, *Eligere*, *Alterum alteri præferre*, ita Pʃal. 119.14. أثرت سبل شهاداتك على جميع الما ل *Elegi ʃemitas teʃtimoniorum tuorum præ omnibus opibus*, ubi tamen 4tæ Conjug. forma eʃʃe videtur, nam ʃi Doctiʃʃ. Grammatico *Zamachʃbari* credendum, اثر hoc ſenſu in 1a Con. erit formæ علم Alema, cum Ceʃra mediæ radicalis.

أن يمتد بي *Ut continuaret me*, ad v. *Continuaretur*, ʃeu *extenderetur mecum*, i. e. *prolongaret vitam meam.*] مد Mádda enim *Extendere*, *Producere*, & *augere auctione continuatâ* ʃignificat: & in 8a Con. امتد Emtádda, *Ita produci & augeri:* Natʃabatur autem hîc futurum ob influxum particulæ ان.

زمني

زَمَنِي *Tempus meum.*] زَمَن & زَمَان *Tempus, Quodlibet* ſc. *temporis ſpatium*, ſive brevius ſive diuturnius denotant: in Plur. habent ازمان Azmánon, & ازمنة Azménaton, & ازمن Azmonon.

حَتَّى أَرَي *Donec viderem.*] v. p. 6. 7.

دَوْلَة *Dominium*, vel *victoriam*, vel *proſperitatem.*] Ita enim ſignificat دولة Daulaton, teſte *Ebnol Athir*, ſcil. الانتقال من حال الشدة الي حال الرخا *Cùm ex rebus adverſis quis ad ſecundas transfertur; Felicitatem* ſc. ſeu *proſperitatem* in genere: uſurpatur vulgò pro الحكم والسلطنة *Dominio et Imperio*, quæ nomen hoc ideo ſortita videntur, quòd Dominos ſuos ſubinde mutare ſoleant, & ab aliis ad alios frequenter quaſi per vices transferantur. Verbum enim دال Dála *circumeundi* & *vertendi* ſignificationem habet, unde & الدولة Addaulato, *Victoria*, ſeu *cùm quis in bello ſuperior evadit*; quòd incerta ſit belli alea, & ut eſt in Proverbio الحرب سجال *Alternetur incerta belli fortuna inſtar ſitularum*, quæ alternis vicibus

vicibus aſcendant & deſcendant, ut hodie huic, cras illi faveat: atque hanc inter has notiones diſtinctionem obſervari volunt Grammaticorum nonnulli, ut cùm de *fortunâ belli*, ſeu *victoriâ* dicitur, dicatur دولة Dáulaton, cum Fatha 1æ radicis; cùm de *fortuna opum*, ſeu *proſperitate*, eadem Dhamma inſigniatur, ut ſit Dúlaton; alii utrique notioni utramque formam ſine diſcrimine adhibendam putant. Plur. دول Dáwalon, Dewalon, & Dúwalon; ita dicunt الدهر دول *Tempus*, ſeu *Mundus nihil aliud eſt quàm vices & viciſſitudines.*

الأَوْغَادُ وَالسُّفَّل *Vilium, ſordidorum, & infimæ conditionis homuncionum.*] وغد Wagdon, *Fatuum, Vilem, Abjectum, Sordidum* denotat, & *Contemptum, Mancipium publicum*, item *mancipium ventris*, الذي يخدم بطعام بطنه (inquit Schol.) *qui ventris implendi causâ ſervit, Paraſitus.* Verbum وغد Wágoda, *Talis fuit*, in Plur. habet præter أوغاد Augádon, etiam وغدان Wogdánon, & Wegdánon. Thema وغد Wágada, *Servire.*

آلسّفل autem (ita enim scribendum cum Cesra) Plur. est à سفلة Séflaton, *Abjectæ conditionis*, seu *infimæ sortis hominem* vel *homines* denotante, ut & سفلة Safélaton. سفل Sófalon, quod *Imum*, vel *Infimum* est significat, & verb. سفل Sáfola, Sáfala, et Sáfela, *Ita comparatum esse*.

Vers. 44.

تقدّمتني i. e. سارت أمامي *Anteiverunt me, Præiverunt, Superârunt me*; *Dignitate* sc. *prælati sunt mihi.*] Conj. 5. à قدم Kádama, quod *præcedendi* significationem habet, ut *Hebræis* קָדַם *Syr.* קְדַם: v. suprà p. 145. Kádema, cum Cesra, *Venire*, vel *Redire* denotat, *Kam.* per اب Aba explicat; Kádoma, cum Dhamma, *Antiquum*, vel *ab Antiquo esse*.

أناس *Homines.*] ناس Idem quod ناس, licèt rarioris usus; utrúmque autem plur. est ab نسان Ensánon, *Hominem*, vel potiùs *Homines* denotante: انس Enson enim, &

& انسان Nomina Generis (ut loquuntur) ſive collectiva habentur; cùm ad unum aliquod individuum denotandum adhibeantur انسي Enſiyon, & Anaſiyon. Dicitur etiam *Mulier* انسان, neque dici انسانة Enſánaton, cum fœm. notâ, niſi à vulgo, monent Gram. Commodè peti poteſt hujus vocis origo è linguâ *Hebr.* quæ *Hominem* אֱנוֹשׁ appellat, ab אָנַשׁ *Ægrum eſſe*, ſc. à mortiferâ ægritudine, in quam poſt peccatum incidit. Si tamen in ea, quæ ab *Arabibus* adducuntur, hujus vocis Etyma inquirere libeat, varia ſunt: deductam enim volunt nonnulli à ناس Náſa, concavo Waw, ſignificante *Moveri & Agitari*; atque ſub hoc certè Themate collocatur الناس plur. ſed ſine ſuo ſingulari, à doctiſſ. Gram. *Jauhario*, & *Firuzabadio Kamuſii* Authore, quorum hic tamen ſingulare eſſe dicit انس. Sed contrà dicit *AlSefadi*, qui Com. in hoc poema ſcripſit, non magis nomen *à motu & agitatione* trahere debuiſſe *hominem*, quàm Angelos, Dæmones, Animalia, Cœlos, & quæcunqne *motu agitantur*. Quæ objectio pari ratione & contra ea, quæ ab aliis afferuntur, valere poteſt; ut cùm dici volunt

Homines انس & انسان ab انس Anesâ, *Videre* sc. لظهورهم *Quod oculis appareant, & visui pateant*; atque ita distinguantur ab isto *Dæmonum* genere, quod الجن AlJénno vocant, *Genios* forsan, ita appellatos à جن Jánna, *Tegere*, quod conspici nequeant, atque ita quasi ab oculis hominum *occultentur & tegantur*. Dictum volunt alii à نسي Násiya, *oblivisci*, ita J*auh*. سمي الانسان انسانا لانه عهد اليه فنسي *Ideo vocatur quia ejus quod in mandatis illi à Deo conditore datum est, statim oblitus est*: sic *Hebr*. נָשִׁים *Fæminas*, à נָשָׁה *oblivisci*, quòd memoriâ minùs valeant, &c. Huic favet, quod hunc in locum adducit *Sephadius* ex *Alc*. ولقد عهدنا الى ادم من قبل فنسي *Cùm olim Adamo præcepta daremus, oblitus est*, Sur. 20. ut & illud *Abi Teman* Poetæ celeberr.

لا تنسين تلك العهود فانما
سميت انسانا لانك ناسي

Ne obliviscaris horum præceptorum,
Siquidem nominatus es انسان *quoniam obliviosus es*;

Atque illud ab alio dictum, فاول ناس اول الناس *Obliviosorum primus,*

Hominum

Hominum primus. Alii denique deducunt (quorum forf. fententiam amplecti malitis) ab ادس Aneſa, *Aſſociari*, *Sociabilem eſſe*, *Conſortio alicujus gaudere*, quòd homo naturâ animal ſit maximè omnium *ſociabile & politicum.* Ab hâc radice in hoc ipſo poemate اديس, quod *Socium* denotat, jam antea habuimus, v. ſuprà p. 27.

شوطهم *Curſus eorum*, vel *ſtadium eorum*] شوط *Stadium*, vel *Spatium* eſt, *quod equus uno impetu conficit*, vel *unus iſtius ſpatii decurſus.* Originis planè eſt *Hebraicæ*, ſc. à שט *Itare*, *Percurrere*, *Curſitare.*

وراء *Ponè*, *Pòſt.*] Dicitur etiam وراء & وراء, ultima qualibet 3um vocalium recipiente, ut Author *Kam.* Eſt autem من الاضداد è numero eorum, quæ contrariis gaudent ſignificationibus, nam & *Ponè* notat & *Antè.* Verbum وارى, Wára in 3ª Conj. *Occultare* ſignificat, توارى Tawára in 6tâ *Occultari*, *Latere.*

خطوي *Greſſum meum.*] Thema eſt خطا Cháta, Fut. يخطو Yáchtu, Inf. خطوا Chátwan, (unde nomen hoc) *Gradi*, *Incedere*, indè خطوة Chótwaton & Chátwaton, *Gradus*,

dus, *Gressus*, *Passus*.

اذا أمشي *Cùm incederem.*] اذا, MS. اذْ & alii, ut è Schol. patet, legunt اذْ Lau: اذْ autem est حرف لما مضي من الزمان *Particula tempus denotans præteritum.*

مشي Fut. يمشي *Ire, Incedere*, ut & مشي Máſſha, in 2ª Conj. Conferri poteſt cum *Hebr.* מוש *Discessit, Movit se, Amotus fuit*, &c.

علي مهل *Lentè*, vel *Gressu lento.*] مَهْل Máhlon, & Máhalon, & مهلة Mohlaton, *Lenitatem, Facilitatem, Dilationem, & Gravitatem* denotant, cùm de Greſſu dicuntur, *Incessum lentum.* Verb. مهل Mahhala, in 2dâ Conjug. & امهل Amhala, in 4tâ, *Leniter agere cum aliquo*, & تمهل Tamáhhala, *Patienter expectare, necq; nimium urgere vel accelerare.* Aliàs tamen مهل Máhalon etiam *Festinationem & Accelerationem*, in re bonâ præcipuè, denotat. Senſus eſt صار امامي

اما مي وعلاني وتقدمني قوم كان جريهم خلف خطوي اذا مشيت متمهلا *Anteive-runt, & ſuperârunt me homines, quorum curſus ponè greſſum meum erat cùm lentè incederem.*

Verſ. 45.

هَذَا جَزَاءُ آمْرِءٍ *Hac eſt Remuneratio viri, Hoc præmium illum manet.*] جزاء *Remuneratio, Retributio,* ut & جازية Jaziyaton. Thema eſt جزا Jáza, Defectiv. ي , quod regit accuſativum perſonæ, quam ſequitur ب vel علي, ut جزيته بما صنع vel عليه, *Remuneravi illum ob illud quod fecit:* quam ſignificationem etiam in 3â conj. retinet.

امرا v. p. 139.

أَقْرَانُهُ *Socii ejus.*] أقران Pl. à Sing. قرين *Socium amicitiâ conjunctum,* & σύζυγον denotante, à verbo قرن Karana, quod inter cætera ſignificat *Conjungere* , & قارن in 3â Conj. idem quod صاحب *comitari.* Eſt & اقران plur. à قرن Kernon, quod *parem* vel *æqualem* denotat. درجوا

دَرَجُوا *Abierunt, mortui sunt.*] دَرَجَ Fut. يدرج Yádrojo, Inf. دروجا Dorújan, & درجانا Darjánan, idem significat quod مشي, *Ire*, *Abire*, item *Perire*; item usurpatur pro مات Máta, *Mori:* ita in Proverbio, اكذب من دب ودرج i. e. الاحياء والاموات *Vivorum & mortuorum, omnium qui unquam fuerunt mendacissimus.*

في قَبْلِهِ *Ante eum.*] v. *Erp.* in not. ad سورة الغادرين, seu caput fraudationis ad finem Rudiment. v. 5. ubi eadem habentur quod hîc observat Schol. قبل sc. absolutè positum per Dhamma ultimæ efferri, at in constructione nominum more variari.

فَتَمَنَّى *Et optavit ille*, vel *Cùm optaverit ille.*] v. p. 162.

فُسْحَةَ ٱلْأَجَلِ *Longitudinem vitæ*, vel *amplius vitæ spatium.*] فسحة v. p. 173.

ٱلْأَجَلِ] أَجَلٌ *Tempus*, vel *spatium rei præstitum*, item *vitæ terminus*; ut ita hîc quod optâsse se dicit, sit *Dilatio mortis* vel

vitæ

vitæ prolongatio: cujus voti non aliud tulit præmium, quàm ut nullius meriti vel pretii homines ſibi prælatos videret, illóſque dum ipſe contemptui & neglectui haberetur, ad ſummum honoris culmen evectos.

Verſ. 46.

وَاِنْ عَلَانِي *Quod ſi ſupra me fuerit*, vel *me ſuperaverit.*] علا Ala, Fut. يعلو Yá'lu, Inf. علوا Oluwan, *In loco ſublimi*, ſeu *excelſo fuit*, علي Aliya verò, cum Ceſra, Fut. يعلي Yá'la, Inf. علا Ala'an, *Dignitate eminuit.* Ita *Jauh.* licèt hâc poſteriori ſignificatione علا dici fateatur. Significat autem علا non ſolùm *altum*, vel *ſuprà eſſe*, abſolutè, ſed & *alio altiorem*, ac valet etiam idem quod غلب Gálaba, *Superare*. Alia ab hoc Themate derivata ſæpius in ſuperioribus occurrerunt. Convenit cum *Hebr.* עָלָה *Aſcendit*, & *Syr.* עְלִי *Elevatus eſt.* Metrum hîc poſtulat عَلَانِي:

مَنْ دُونِي *Qui infra me eſt, qui mihi neutiquam*

tiquam comparandus est.] دون significat *Infra*, cui contrarium فوق Fauka, *Supra:* significat etiam *aliàs*, & *ante*, & *post*, & *sine*. Indè & nomen دون Dunon, *Pauperem & abjectæ conditionis hominem*, & è contrà *Illustrem* denotat. Verbum دان Dána, Fut. يدون Yadúno, Inf. دونا Dáunan, *Pauper*, *Abjectus*, *Infirmus fuit.*

فَلَا عُجْبٌ *Non est mirum.*] عُجْبٌ quiescente 2â, *Caudæ radicem, & cujuscunque rei partem posteriorem* denotat, Oj'bon, cum Dhamma 1æ, & quiete 2dæ, *Fastum, Superbiam*; at Ajabon, motis 1a & 2a per Fatham, *Mirum, quod fidem ferè superet, & ad admirationem redigat*, استغراب النفس الشيء الذي لم تالف وقوعه ولا علمت سببه ut Scholiast. i. e. *cùm res animæ quasi peregrina videtur, utpote cui, cùm rariùs accidere soleat, minus assueta sit, nec causas ejus noverit*: idem etiam est عجيب Ajibon, & عجاب Ojábon, & Ojjábon, nisi quod hæc duo intensiorem habent significationem. عجب Ajabon in plur. habet اعجاب

أعجاب Aajábon, & عجيب plur: عجائب Ajáyebon. Verbum عجب Ajaba, in 1ª Con. & تعجب Taájjaba in 5ª,& استعجب Eſtá'jaba in 10ª, *Mirari.* Cùm rem valdè *miram* exprimere velimus, dicere liceat عجب عاجب Epitheto ab eâdem radice intenſionem denotante.

أسوة لي *Mihi exemplum eſt.*] أسوة & أسوة *Exemplum*, tum illud quod ſectaris vel imitaris, tum illud quod ad triſtem ſo. landum adhibetur, dum ſc. aliorum illi exempla recenſes. Nomen ductum ab إيتسي Itaſa, quod denotat اقتدى به واتبعه *Imitatus eſt eum, & ſequutus eſt eum* (inquit *Almotarrezi in Mogreb.*) Thema اسي Aſa, *Mederi* & *Sanare* denotat, ut *Syr.* אַסִּי: item cum pr. بين *Inter* conſtructū; *Reconciliare.*

بانحطاط الشمس *Quòd inferior ſit Sol.*]

انحطاط Enhetá'ton, Infinitivum, ſeu nomen derivatum ab انحط Enhátta, 7ª Conj. ab حط Hátta, *Demittere, Deponere, Dejicere,* atque in 7ª Conj. *Deponi, Demitti, Deſcendere,*

dere, *Declinare:* inde nomen noſtrum, *De-ſcenſus*, *Declinatio*.

عَنْ زُحَلِ *Saturno.*] Dicitur *Saturnus* Arabibus زحل Zohalo, éſtque nomen invariabile (ut vocant) duas ſolùm admittens terminationes, O & A, Dhamma ſcil. ſine Nunnatione in Nominativo, Fatha in obliquis; quæ hîc Rhythmi gratiâ in Ceſram convertitur, uti & antea factum in ثعل Thóali, pro Thóala. Verbum زحل Záhala, unde hoc nomen derivatur, *Abſcedere*, *Recedere*, vel *Diſcedere* denotat: ita enim dictus eſt لكثرة زحوله quod multùm *retrogradus ſit*. v. Spec. noſtrum Hiſt. Arab. p. 390. & Not. ad Port. Moſis, p. 38.

Verſ. 47.

فَٱصْبِرْ لَهَا *Suſtine ergo ea*, vel *patienter expecta ea*.] صبر Sábara, Fut. يصبر Yásbero, Inf. صبرا Sábran, *Patienter aliquid ferre*; & hoc ſenſu plerúmque conſtruitur cum على: ſignificat etiam *Continere*, *Retinere*, & conſtruitur cum عن. Hinc Imperat. اصبر Esber, nomen صبر Sábron, *Patientia*, صابر Sáberon, & صبير Sabíron, & صبور Sabúron, *Patiens*.

غير

غَيْرَ مُحْتَالِ *Nullis utens artibus*, vel *commentis.*] حِيلَةٌ Hilaton, cujus plur. حِيَلٌ Híyalon mox ſequitur, *Aſtutiam*, *Perſpicaciam*, *Vafritiem*, & *Commentum* denotat, •الفكر في بلوغ القصد بطريق خفي على غيرك (uti Schol.) *Cùm apud ſe comminiſcatur quis, quomodo via aliqua occulta aliiſq; ignota, quod velit, aſſequatur*; à verbo حَالَ Ha'la, eo ſenſu quo *converti & mutari* ſignificat: inde احتال Ehtála, in 8â Conj. *Iſtiuſmodi vias & commenta excogitare, & aſtutè agere, Commentis uti*; indè in Particip. مُحْتَالٌ Mohtálon.

وَلَا ضَجِرٍ *Neq; impatienter te gerens*, vel *impatientiæ ſigna oſtendens.*] Eſt enim ضَجْرٌ Dáj'ron, *Perturbatio animi præ mærore*, vel *tædio.* Verb. ضَجِرَ Dájera, Fut. يَضْجَرُ Yádjaro, *Tædio affici*, *animo perturbari*, & *qui ita affectus* eſt ضَجِرٌ Dájeron.

فِي حَادِثِ الدَّهْرِ *In accidentibus temporis.*]

ris.] الحادثة AlHádetho (inquit Schol.) est ما تحدثه الدهر من الامور وتخصص ذلك بالشر *Quod de novo producit tempus, præcipuè autem dicitur de malo*; ubi nominis rationem habemus. Thema enim est حدث Hádatha, *Novum*, vel *de novo esse*, contrarium verbo قدم Kádoma, *Antiquum esse*; item *Accidere:* indè حادث Hádethon, ut & حدث Hádathon, & حادثة Hadéthaton, &c. *Casus accidens*. Affine est *Heb.* חִדֵּשׁ *Innovavit*, חָדָשׁ *Novus*, *Recens*, & *Syr.* חַדֵּת, *Innovavit*.

الدهر v. p. 41.

مَا يُغْنِي عَنِ ٱلْكُحْلِ *Quod efficiet, ne opus habeas commentis.*] غني Ganiya, *Divitem esse, quod sufficiat habere*; unde غنى Genan, & غناء Gonáon, *Divitiæ, Opulentia:* in 4tâ Conjug. اغني Agna, *Ditare*; quod etiam ita usurpatur, ut significet quasi *Alterius rei vices supplere, ut eâ non indigeas, Rem aliquã supervacaneam reddere, ut ea opus non habeas. Per se tibi sufficere, quo minus aliis opus habeas*, vel *iis vacare possis*. Valet ergo hîc

باديك

يأتيك بما لا تقدر عليه تحيلك *ea afferet, quæ nullis artibus*, aut *commentis eludere possis*, aut *vitare*, adeò ut frustrà sit ad ea confugere.

Verf. 48.

أعدى عدوك *Infestissimus*, *Inimicissimus inimicorum tuorum.*] اعدى A'da, *Inimicior*, *& Inimicissimus.*] Eâdem enim formâ efferuntur comparativa & superlativa. Thema habet idem cum sequente عدو quod &c. v. p.94. 95.

ادنى *Proximus.*] Formæ etiam superlativæ à دني Dániyyon, *Propinquus*, à Themate دنا Dána, Fut. يدنو Yádnu, Inf. دنوا Donuwan, & دناوة Danáwatan, significante *Prope*, vel *Propinquum esse*.

وثقت به *Cui fidis*, vel *Confidis.*] وثق Wátheka, Fut. يثق Yátheko, Inf. ثقة Thékatan, *Confidere*. Construitur cum ب at وثق, Wáthoka, *Firmum esse*, وثيق, Wathikon, *Firmus*, ميثاق Mithákon, *Fædus*, *Pactum*.

فحاذر

فَحَاذِرْ النَّاسَ *Cave ergò ab hominibus.*] حاذر Há'dhir, Imper. 3æ Conjug. ab حذر Hádhera, Fut. يحذر Yáhdharo, *Cavere*; unde الحذر Alhédhro, & Alhádharo, *Cautio*, *Cautela*, حذر Hádheron, & Hádhoron, & حاذورة Hadhúraton, & حذريان Hedhreyánon, *Cautus*.

الناس v. p. 188.

وَأَصْحَبْهُمْ *Et converſare cum illis.*] Imp. à verbo صحب Sáheba, Fut. يصحب Yás'habo, Inf. صحابة Sahábatan, & Sehábatan, & صحبة Sóhbatan, *Familiariter cum aliquo vivere*, *Converſari*, *Socium ſe alicui adjungere*, indè صاحب Sáhebon, *Socius*, *Comes*.

عَلَى دَخَلٍ *Cum aſtutiâ*, vel *dolo*, vel forſan *in aſtutia*, *Eodem modo te erga illos gerens*, *quo illi erga te.*] دخل Dáchalon, *Fraus*, *Dolus*, *Aſtutia*; Thema eſt دخل Dáchala, *Ingredi*, & cum Cesra Dáchela, *cùm quid intus haud ſatis ſanum & integrum fuerit*. Hunc verſum ſic explicat Schol.

اشن

اشد اعاديك اقرب رجل وثقت به فخذ حذرك من الناس واصحبهم بالخديعة والمكر ولا تركن الي احد ممن وثقت به او ظننت انه صديقك لانه اشد عداوة لك من كل عدو *Inſenſiſſimus tibi inimicus eſt maximè propinquus, eorum quibus confiſus es: cautus ergò eſto ab hominibus, & verſare cum illis callidè & aſtutè, nec innitaris cuiquam eorum quibus confiſus fueris, aut pro amico habueris; quoniam inimicitiâ tibi quovis inimico gravior eſt.*

Benè ergò monuit ille quiſquis fuit, احذر عدوك مرة واحذر صديقك الفترة *Cave ab inimico ſemel, at ab amico iterum caveto, &c.* Et alter ille, qui rogatus عن الصديق *de amico*, quomodo eum deſcriberet, reſpondit اسم لا معني له *Nomen eſt cui nullus eſt ſignificatus*; deſcriptione illi geminâ, quæ in *Secundi Athenienſis* ſententiis habetur. Τί ἐστι φίλος; *Quid eſt amicus?* ζητούμενον ὄνομα, ἄνθρωπος ἀφανής, δυσεύρετον κτῆμα, *Nomen inane, homo nuſquam comparens, res inventu difficilis*, ἄνθρωπος ἀνεπίληπτος, ἀνυπόστατον κειμήλιον,

 Homo

Homo incomprehensibilis, thesaurus nusquam existens.

Verſ. 49.

وَاِنَّمَا رَجُلُ آلدُّنْيَا وَوَاحِدُهَا *Siquidem vir mundi & unicus ejus eſt.*] Vir ſcil. κατ' ἐξοχὴν ita appellandus, cæteris omnibus præſtantior, & ſeculi Phœnix. رجل Rájolon, ut & Raj'lon, *Vir*, ut opponitur مراة Már'aton, *Fæmina*, (dicitur tamen etiam de *Fæminâ* رجلة Rajólaton) in plur. habet رجال Rejálon, & رجالات Rejaláton, & ارجل Arájelo, aliáſque rarioris uſûs formas. Volunt aliqui hanc appellationem *Viro* tum demum competere, cum ad maturitatem ſeu ætatem juvenilem pervenerit; alii à primis uſque natalibus. اضاف الرجل الي الدنيا بمعني انه اذا كان كذلك لم يكن للدنيا رجل غيره فهو احق بالاضافة اليها من كل من عداه *Nomen* الرجل *conjunxit cum* الدنيا *significans quòd, cum ita ſe habuerit quis, non ſit mundo vir alius præter eum; ideoq; ipſe dignior*

or ſit, qui cum eo conjungatur, aliis omnibus: واحد Idem planè quod Hebr. אֶחָד *Unus,* uti & احد Ahadon, éſtque اول العدد *Primum ſeu principium numeri*; hîc autem valet (inquit Schol.) idem quod الفرد الذي لا ثاني له في الرجال *Unicus ſingularis, cui non ſit inter homines ſimilis aut ſecundus.*

الدنيا *Mundum hunc præſentem* denotat, atq; ita à Gramaticis explicatur per oppoſitionem الاخرة Alachérato, Quod ſit, ſc. نقيض الاخرة *Contrarium ultimi,* ſeu *futuri.* Ortum ducit (iiſdem teſtibus) à دنا Dana, quod (uti modo dictum) *propè eſſe* ſignificat: indè ſc. ſtatum mundi præſentem nomen hoc ſortitum volunt لدنوها Ledonúweha, *ob propinquitatem ejus*, quod nobis *prope* & *præſens* ſit; vel, ut ait doctiſſimus Grammaticus *Shirazius*, لانها اقرب الينا من الاخرة *Quod à nobis propius abſit quàm ſeculū futurum.* Niſi forſan á vilitate potius ejus originem peti malimus; ſignificat enim aliàs دني Dániyon *vilem, abjectum, nullius pretii*, & دنوة Dánwaton *vilitatem:* unde appoſitè hoc Epitheton *mundo* tribuit Elegantiſſimus Scriptor *Hariri*, يا خاطب الدنيا الدنية

الدنيّة *O qui ambis mundum hunc vilem.* Eſt autem دنيا Dónya ad formam فُعلى Phó'la, teſte Shirazio, nec Nunnationem admittit: monet tamen Author Kamuſii poſſe etiam Nunnari.

عوّل من لا يعوّل *Qui non nititur.*] Con. 2. cum على conſtructum, ſignificat inter cætera, teſte Authore Kamuſ. الاتكال واعتمد *Confidere, & niti*, ſeu *inniti*. Thema eſt عال Ala, concavum و.

Verſ. 50.

وحسن ظنّك *Bonitas autẽ opinionis tuæ.*] حسن *Bonitas, pulchritudo*, ab حسن Háſona, Fut. يحسن Yáhſono, Inf. حسنا Hoſnan, *Pulcher fuit, Bonus fuit.*

ظنّ Dhánnon eſt, عدم الحزم بالامر هل هو كذا او كذا *Cùm nihil certi de re aliquâ ſtatuas, num hoc vel illo modo ſe habeat*, *Opinio* ſcil. uſurpari autem etiam pro *Scientia* monet Grammatici. Thema eſt verbum ظنّ Dhánna, Fut. يظنّ Yadhónno, cujus Imperativ. ظنّ mox in altero Hemiſtichio ſequitur.

بالايام

بالإدام v. p. 175.

عَجَزَةٌ *Impotentia, Imbecillitas.*] *Ab* عجز Ajoza, Fut. يعجز Yá'jozo, vel Ajeza, Fut. Ya'jazo, *Imbecillis, Impotens fuit.* Malè in impressis est مُعَزجة

شَرًّا] شَرٌّ *Malus & malum*, à شَرَّ Fut. يشر Yashórro & Yashérro, *Malus fuit.*

في وَجَلٍ: *In timore.*] وَجَلٌ Idem quod خوف Cháufon, *Timor, metus*, à وجل Wájela, Fut. ياجل Yá'jalo, *Timere.*

Verf. 51.

غاضَ ٱلْوَفَاءُ *Defecit fides*, seu *fidelitas* in promissis exequendis & adimplendis.] غاض الما Fut. يغيض Yagido, Inf. غيضا Gáidan, i. e. قل ونقص *Pauca fuit, defuit Aqua.* الوفا Alwafáo. Est ضد الغدر *Contrarium dolo malo, & fraudi, cum quis fidem fallit, & promissa non præstat,* à وفى cum ب Constr. *promissa præstare, & persolvere, Pactum ratum facere*, ut & اوفى Aufa in quartâ.

وَفاضَ ٱلْغَدْرُ *Et abundavit dolus.*] فاض *Abundare*

Abundare, *Redundare*, contrarium præcedentis غاض: de aqua dicitur, quando sc: كثر حتي سال كالوادي *Creverit*, & *Intumuerit*, *donec instar torrentis fluxerit.* Fut. يفيض Yafído, Inf. فيضا Fáidan, & فيوضا Foyúdan, & Fiyúdan, & فيضوضة Faidhúdatan, & فيضانا Faidánan.

الغدر Contrarium præcedentis الوفا, â verbo غدر Gádara, quod construitur vel cum Accus. vel cum ب, Fut. يغدر Yágdoro, & Yágdaro, & Yágdero, Inf. غدرا Gadran, & غدرانا Gadaránan. v. sup. p. 118.

وَٱنْفَرَجَتْ *Et apertum est.*] فُرْجَةٌ *Spatium*, *Intervallum*, & *Intercapedinem* denotat: verbum in hâc con. *Aperiri*, & quasi *Findi*.

مَسَافَةُ ٱلْخُلْفِ *Distantia contrarietatis.*] مسافة idem quod بعد Bó'don, *Distantia*, *Spatium*. Thema est ساف Sáfa, Fut. يسوف Yasúfo, *Odorari*, *Olfacere*, indè dictum, quia كان الدليل اذا كان في فلاة اخذ التراب فاستافه اي شمه ليعلم اين هو من بقاع الارض *Indicium erat per desertum iter facienti terram acceptam odorari,* quò

quò ſciret ubi terrarum eſſet, ut Schol. vel ut Jauh. & Kam. ليعلم اعلي قصد ام لا *ut ſciret an curſum rectum teneret necne:* (planè ut nautæ noſtri bolide ſevo oblitâ maris fũdi naturam tentant, atq; ex arenæ qualitate quis ſit tenendus curſus indicium ſumunt) atque ita, كثر الاستعمال حتي سموا البعد مسافة *Eò uſque invaluit uſus ut vocetur diſtantia* مسافة.

أَخْلَفَ ut omittamus varia Thematis خلف Chálafa ſignificata, quæ cũ Hebr. חָלַף conveniunt, *Contrarietatem*, ſeu *falſitatem* denotat, cum facta dictis non reſpondeāt, vel planè contradicant: وهو في المستقبل كالكذب في الماضي *ſe quod ad futurum habet, ut* الكذب Alcedbo (quod *mendacium* denotat) *ad præteritum*; éſtque ان تعد عدة ولا تنجزها *Cum quod promiſeris non præſtes*.

قَوْلٌ *dictum*, à قال *dixit*, in plur. habet, اقوال Akwálon, p.p. اقاويل Akawílo: convenit cum Hebr. קול *vox*.

أَلْعَمَلُ *Actionem, operationem, & factum* ſignificat,

significat, à verbo عمل Amlae, idem ferè quod Hebr. עָמַל in plur. عمالـــ A'málon.

Vers. 52.

وشان *Dedecorat autem*, seu *infamem reddit.*] شان Concav. ي Fut. يشين Yashíno: explicant Grammatici, quod sit significatione contrarium زان Zána, denotanti *Ornare*; sc. *Dedecorare*, *Deturpare*, seu *Turpem*, *&* *probrosum reddere*.

صدقك *Veritatem tuam.*] صدق & صدق *Veritatem & veracitatem* denotat, à Themate صدق Sádaka, *Verum*, *veracem esse*. Convenit cum Hebr. צָדַק *Justum esse* צֶדֶק *Justitia*, item *Integritas*, vel *Veracitas* . Est ergò الصدق Alsédko Contrariæ notionis sequẽti الكذب Alcédhbo, quod mendacium significat, à كذب Cádheba, Fut. يكذب Yácdhabo, Inf. كذبا Cádhban, & Cédhban, idem denotante quod Hebr. כָּזַב *Mentiri*. Utrumque sic fusius explicat Schol. الصدق خلاف الكذب وهو الاخبار بما يطابق

يطابق الواقع في نفس الامر عند 3قوى، الكذب، الكلام دد *ſc.* *ut cum ſermo de re aliqua inciderit, narretur quod cum rei veritate conveniat*, الكذب autem الاخبار بما يخالف *ſc.* خلاف الصدق الصدق i.e. *Contrarium eſt* الواقع في نفس الامر *Cum ſecus narratur ac re verâ geſtum eſt aliquid.*

عِنْدَ ٱلنَّاسِ v. ſup. p. 189.

وَهَلْ يُطَابِقُ *Et nunquid conveniat*, ſeu *componi poßit.*] المطابقة Almotabákato, (inquit Author Kamuſii) eſt الموافقة Almowafácato, *Convenientia rei cum re:* طابق Tábaka, ergò hâc formá, ſc. Conj. 3. *Res inter ſe ſimul componere, & æquales conſtituere*, ſeu *Rem rei adjungere* ſignificat, ita Jauh. طابق بين الشيئين; vel *Convenire, & Æqualem eſſe*, Kam. Schol. legit يطابق Yotábako, formâ paſſivâ.

مُعْوَجّ *Curvum, obliquum.*] Thema eſt عوج Aweja, *Curvum eſſe*, in 2ª Cónj. عوج Awwaja, *Curvare, Curvum reddere*, in 9ª E'wájja, *Curvum, Diſtortum eße*, unde in participio

ticipio معوج Mo'wájjon, *Curvatũ, curvum.* Nomen عوج Ewajon, & Awajon, *Curvitas, Obliquitas*; sed cum hâc differentiâ quod Awajon de rebus quæ erectæ ſtent, ut Murus, Lignum. &c. Ewajon de aliis, ut de terræ *inæqualitate*, atque etiam in Metaphor. Significatione de Legis, vel Religionis *Pravitate & obliquitate.*

بِمُعْتَدِلِ *Cum recto*] ab عَدَلَ *Æquum & Rectum eſſe*, ſeu *juſtè agere*; quanquam & aliàs contrariam ferè ſignificationem habet, *declinandi* ſc. à recto: عدل Addala in 2ª Conj. *Rectificare, Rectum efficere*, & اعتدل E'tádala *Rectum eſſe*; ita Jauh. يقال قومته فاستقام عدلته فاعتدل i.e. *Rectificavi illum & rectus fuit.* Indè ergò in partic. معتدل Mo'tádelon *Rectus*. Obſervat autem hîc Scholiaſtes opponi معوج non tam τῷ معتدل quàm τῷ مستقيم; oppoſitum autem proprium τῶ معتدل eſſe المايل

Verſ. 53.

إِنْ كَانَ يَنْفَعُ *Si proſit.*] MS. يَنْجَعُ, eodem

eodem prorſus ſenſu. نفع Náfaa autem Fut. ينفع Yánfao, Inf. نفعا Náf'an *prodeſſe* ſignificat, nec aliud ferè نجع Nájaa, Fut. ينجع Yánjao.

شيء *Res, aliquid.* plur. أشياء &c. Thema eſt شا Sháa *voluit*. Indè مشية Méſhyaton, *Voluntas*, unde dicunt كل شيء بمشيئة الله *Omnis res Dei voluntate evenit.*

في ثباتهم *Ad efficiendum ut permanerent.*] ثبات Thebáton. Nomen eſt ſeu Meſdar à ثبت Thábata, Fut. يثبت Yáthboto, *Firmum*, vel *Stabilem eſſe, Manere, Permanere.* MS. habet من ثباتهم.

في العهود *In pactis, vel promiſſis.*] عهود Ohúdon, plur. ℞ عهد Ahdon, *Juſjurandum, Præceptum, Pactum, Fædus, Promiſſum*, denotantis; à Themate عهد Aheda.

فسبق *Certè Anticipatio eſſet*, ſeu *anticipare deberet.*] سبق Sabkon Nomen derivat.

derivat. à سبق Sabaka, *Prævenire, Antevertere,* السبق (inquit Sephadius in Schol.) المبادرة والوصول الى الغاية قبل شي اخر *Cum quis festinando alium præveniat, & ad metam citius pertingat.*

السيف *Gladii.*] v. p. 23.

العزل *Reprehensionem.*] v. p. 36.

Sensus hic est monente Damaminio. (nam Sefadius, qui Commentariis hoc carmen illustravit, in eruenda hujus versûs mente à scopo prorsus errâsse videtur) non esse aliud, quod homines, prout nunc sunt dolo & fraudibus assueti, coërceat, quo minus fidem suam fallant, quam gladii metum; magis ergò illis opus esse gladio, quam monitis & reprehensionibus, quæ nullius apud illos ponderis sunt. Verba Damaminii hæc sunt التقدير ان كان شي دافعا في ذات هولاء علي عهودهم فسبق السيف لعزلهم دافع او فالنافع سبق السيف لعزلهم يشير بذلك الي ان العزل لا يغني فيهم والنافع انما هو المبادرة الي تمكين السيوف من رقابهم *Sensus est, Si quid sit quod utile sit ad efficiendũ ut pactis*

&

& promiſſis ſuis ſtent iſti, eſt illud ut gladium reprehenſioni eorum præmittas; quo innuit nihil omnino valere apud eos monita, & reprehenſiones; melius eſſe & convenientius, ut his omiſſis gladio illos aggrediaris. Alludit autem hîc Poëta ad Proverbium illud quod ab Erpenio, unà cum hiſtoriâ quæ illi originem dedit, refertur Proverb. Arab. Cent. 2. num. 60. in quâ tamen tum in hujus, tum in alterius illius proverb. الحديث ذو شجون lectione non levitèr erratum eſt in Codd. impreſſis: legend. ergò 1° ذو شجون i. *Multiplex eſt*, ſeu *varios habet modos*, & *intentiones*; ita Firuzabadius شجون Shojúnon explicat per فنون Fonúnon, *modos* vel *species*, vel اغراض Agrádon, *Intentiones*. Alii ذو شعب وامتساك بعضه ببعض *multas vias*, vel quaſi *ramos inter ſe implexos habet*, *atque aliud ex alio ſequitur*; multa ſcil. quæ nec ipſe, qui rem narrat, cogitat, ſe inter loquendum produnt, ſcil. يدخل بعضه في بعض *Aliud in alio involvitur*, uti Jauh. Deinde propè finem pro سبق العذل السيف *Anticipavit juſtitiam Enſis*, legendum سبق السيف العذل *Anticipavit gladius reprehenſionem.*

Verſ.

Verſ. 54.

يَا وَارِدًا *Heus qui petis.*] يَا vocandi particula. Quinque ſunt vocandi particulæ, *ſc.* Hamza, i.e. أ A, & أي Ay, & يا Ya, & ايا Aya, & هيا Haya; inter quas hanc ſtatuunt differentiam, quod 1ª vocetur qui prope adſtat, 2da qui paululum remotior, 3ia qui longè abeſt, 4ta qui adhuc longiùs, 5ta qui longiſſimè, الذي يحتاج الى مد صوت *quem ad vocandum vocis intentione opus ſit.* يا autem reliquarum omnium vices non rarò ſupplet: quando Accuſativ. regant quando Nominativ. videre eſt in Jarumia باب المنادى ſeu *capite vocati*, v. & Erp. Rud. l. 3. c. 7. p. 150.

وارداً *Qui petis.*]Particip. verbi ورد Wárada, Fut. يرد Yáredo, quod ſignificat *Accedere*, *Adire*, item *ad aquam potandi*, vel *hauriendi*, *& animalia adaquandi gratiâ accedere*, vel *Deſcendere*. Ut ita conveniat cum Hebr. ירד *Deſcendit.* Indè nomen ورد Werdon *Acceſſus*, quod ſupra in hoc ipſo Poëmate

Poëmate occurrit, v. p. 55.

سُؤْرُ عَيْشِ *Reliquias vitæ.*] سُؤْرٌ *Reliquias*, vel *quod reliquum eſt cujuſvis rei*, denotat; à verbo سار Sáara *Reliquit:* unde & سائر Säëron *Reliquus*; quòd autem ſignificatione *Omnis* non raró occurrat, monent Grammatici errorem eſſe, qui apud vulgus invaluit contra rei veritatem.

عيش v. p. 149.

كُلُّهُ كَدِرٌ *Cujus totum turbidum eſt*, vel *quæ tota turbida eſt.*] ut ad عيش referatur. Nam & ad سور referri poteſt.

كُلُّهُ Vox è linguâ Hebr. nota, quibus etiam כל *Omnis*, vel *omne*, *univerſum*: ſignificationem tamen etiam contrariam habet apud Arabes, & idem aliquando valet quod بعض Bá'don, *Quidam*, *aliquis*, vel *aliquid*. Utrique generi, tam Maſc. ſcil. quam Fœm. inſervit: Cúmque ſignificatione plurale ſit, licèt formâ ſingulare, indifferenter cum verbo, vel ſingulari reſpectu formæ, vel plurali vi ſignificationis conſtruitur; ita dicunt كل حضر *Omnis adfuit*, vel كل حضروا *Omnes*

Omnes adſuerunt, ut monet doctiſſimus Gram. Jauh. Monent etiam Grammatici apud Arabes antiquos in uſu non fuiſſe ut artic. ال vocibus كل & بعض adjungeretur, apud recentiores tamen obtinuiſſe.

كدر *Turbidum*.] Verbum كدر Cádara, Cádera, & Cádora Inf. كدرا Cádaran, & كدارة Cadáratan, *Turbidum eſſe, Turbari:* inde كدر Cádiron & Cáderon, & اكدر Acdaro *Turbidus, Turbatus*. MS. hîc habet Cádaran, per Fatham ſecundæ.

أَنْفَقْتَ Conſumpſiſti.] à Themate نفق Náfeka, *Conſumi, Perire*, vel *Deficere*, in quarta Conjug. انفق Anfaca, *Conſumere, Erogare*, item *Pauperem eſſe*. Alias etiam habet ſignificationes à نفق Náfaka cum Fatha, quæ hujus loci non ſunt, uti in ſuperioribus vidimus. v. p. 142. Convenit cum Syr. נפק *Exiit*, item *Impendit*.

صفوك *Quicquid ſinceri tibi fuit, quicquid puri habuiſti*.] صفو Safwon, *Puritas, Claritas, Synceritas*, à verbo صفا Safa, Fut. يصفو Yásfu, Inf. صفاء Safáan, *Purum, Clarum,*

rum,

rum, *Limpidum*, & *Defæcatum*, ſeu *Sincerum eſſe*. Contrarium eſt præcedenti كدر.

ٱلأَوَلُ *Primis.*] Plurale eſt à Sing. أُولَي quod fœm. ab اول Awwalon, *Primum* vel *Principium* denotante; cujus Thema ſtatuunt وال Waála, literas ſcil. و, Hamza, & ل, unde fieri أَوْأَلُ cum Elif mobili poſt و; converſo deinde Elif in Waw, eíque per Teſhdid inſito fieri أَوَّلُ: aliis placet formam regularem eſſe وَوْأَلُ cum duplici Waw, atq; ita verti non ſolum ا medium in و, ſed & و primum in Hamza, ſeu Elif mobile. اول plur. habet اوايل Awáyelo, & per tranſpoſitionem literarum اوالي Awali, ut & اولون Awwalúna: fœminini autem اولي Plur. eſt اول Owalo, atque ita hîc legend. ٱلأَوَلُ non, ut in impreſſis, أَلأَوَّلُ, quod nec verſus patitur.

Verſ. 55.

فِيمَ ٱقْتِحَامُكَ *Quare præcipitem te das*,

Q vel

vel *immittis.*] فيم v. p. 15.

اقتحامك *Præcipitem te das*, vel *irruis.*] Masdar, seu Infin. اقتحم Ektáhama, 8. Con. à قحم Káhama. Fut. يقحم Yákhomo, Inf. قحوما Kohúman, *Se in rem aliquam præcipitem dare*, seu *ex improviso, & sine deliberatione immittere.*

لُجَّ الْبَحْرِ *Profundum maris.*] لُجّ *Aquæ profunditatem*, seu *aquam profundam* denotat, ut & لجة Lojjaton: unde بحر لجي *Mare profundum*, & verbum لجج Lájjaja, in 2da Con. *Aquam profundam ingredi*, & التج البحر Eltájja'lbáhro, in 8a. *Profundum & procellosum fuit mare.* لج Lájja, in 1a Con. *Instare, Multum esse in re aliqua*, quâ significatione in superioribus occurrit: indè Prov. من لج ولج *Qui instat, ingreditur.* v. supra p. 36.

بَحْرٌ *Mare.*] الماء الكثير *Magna aquæ copia*, vel propriè فقط الملح de *aquâ salsâ tantùm* dicitur, inquit Author *Kam.* Explicat *Jauh.* quod sit خلاف البر *oppositũ τῶ* Barron, *terra*,

terra, atque ita vocari لعمقه واتساعه *ob profunditatem & latitudinem ejus*. In plur. habet ابحر Abhoron, & بحور Bohúron, & بحار Baháron, Metaphoricè ita vocatur *vir liberalis*, & *equus Generoſus*. Indè verbum ابحر Abhara, *In mari navigare*, item *Salſa* vel *ſalſuginoſa fuit aqua*. Indè استبحر Eſtábhara, idem quod انبسط Enbáſata, *Amplus fuit*, *Dilatatus fuit*, & تبحر في المال Tabáhara fi'lmáli, i.e. كثر ماله *Opibus abundavit*, & في العلم i.e. تعمق وتوسع *Profunda & ampla fuit ſcientia*.

تركبه *Ut in eo naviges.*] Fut. à رَكِبَ

Fut. يركب Yárcabo, Inf. ركوبا Rocúban, *Aſcendere*, ac proinde *Equitare*, & *Navigare*, cùm ad Equum, Currum, Navem, aut Mare referatur: ita in Adag. 17. inter ea quæ ab *Erpenio* edita, من مارس الامور ركب البحور quod reddendum puto non ut habet *Erpenius*, *Qui minuit negotia equitat maria*, ita enim (ut fatetur Doctiſſ. vir) vix commodæ alicujus interpretationis capax eſſet; ſed, *Qui ſe temerè immiſcet negotiis*,

tiis, equitat maria, sc. pericula & molestias sibi accersit. Originis planè est *Hebr.* Illis sc. רָכַב *Equitavit, Insedit, Vectus fuit*, ut & *Syris* רְכַב & רְכֵב. v. & suprà p. 145.

يُكَفِّيكَ *Sufficiet tibi.*] كَفَى Fut. يَكْفِي Inf. كَفَايَة Cafáyatan, *Satis esse, Sufficere*, Defectiv. ي; cùm كافى quod *Remunerare* significat, sit è verbis Hamzatis, licèt à *Raphelengio* sub eodem Themate ponantur.

مُصَّةٌ *Sorbitio*, vel *unica sorbitio.*] à مَصَّ Fut. يَمَصّ Yamásso, Inf. مصا Mássan, *Sorbere*. Dicitur etiam in Fut. Yamosso, *Hebr.* est מָצַץ, *Expressit.*

ٱلْوَشَلُ *Aqua pauca.*] وَشَلَ ex eorum numero est, quæ contrarias habent significationes: nam & الماء القليل *Aqua paululum*, quodq; *guttatim è rupe distillat*, denotat; & è contra الماء الكثير *Multum aqua.* Thema est verbum وشل Washala, Fut. يشل Yáshelo, Inf. وشلا Washlan, *Defluere, Distillare*; item *Infirmum esse*, & *Pauperem esse.*

Vers.

Verf. 56.

مُلْكٌ مُلْكُ ٱلْقَنَاعَة *Regnum αὐταρκείας.*] مُلْكٌ *Regnum*, à ملك Málaca, Fut. يملك Yámleco, *Poßidere, Poteſtatem in rem habere:* indè & ملك Málecon, *Rex*, & ملك Molcon, & ملكوت Malcúton, & مملكة Mamlácaton, *Regnum*; quæ conveniunt prorſus cum *Hebr.* מָלַךְ *Regnavit*, מֶלֶךְ *Rex*, מַלְכוּת & מַמְלָכָה *Regnum*.

القناعة *Αὐταρκείας.*] الرضي بالقسم *Cùm quis ſorte ſuâ contentus majora non quærat.* قنع Kánaa, Fut. يقنع Yáknao, Inf. قناعة Kanáatan, *Contentum eſſe.* In ſuperioribus autem monuimus القنوع eſſe من الاضداد &c. v. p. 42. & 66.

لَا يُخْشَي عَلَيْه *Cui non timetur*, ſc. ne auferatur.] يخشي Fut. paſſiv. à خشي Cháſhiya, Fut. يخشي Yáchſha, Inf. خشيا Cháſhyan, & خشية Cháſhyatan, *Timere.*

يُحْتَاج *Opus eſt.*] Fut. paſſ. 8væ Con. احتاج Ehtája, ſc. ab حاج Hája, Fut. يحوج Ya-

Yahújo, Inf. حوجا Háujan, quod in 1â, at frequentius in 8ª Con. ſignificat *Opus habere, Indigere*, ut & احوج Ahwaja, quod etiam denotat, *Facere ut quis aliquâ re opus habeat:* unde حاجة Hájaton, *Illud quo quis opus habet*, vel *quod deſiderat.*

ٱلَى ٱلْأَنْصَارِ *Adjutoribus.*] أَنْصَارٌ Plur. ئ ناصر Náſeron, quod *Adjutorem* denotat, utpote Particip. ſeu nomen Agentis à verbo نصر Náſara, *Adjuvare, Opem ferre.* Nominis autem hujus الانصار AlAnſáro frequens eſt in *Arab.* ſcriptis mentio: ita ſc. vocantur *Medinenſes*, qui *Mohammedi* pulſo & in fugam verſo, *opem tulerunt* contra *Mecchenſes:*

وَٱلْخَوَلِ *Et Famulitio, aſſeclis, ſtipatoribus, Cuſtodibus.*] خول Cháwalon (inquit Author *Kam.*) dicuntur alicujus *Domeſtici* vel Aſſeclæ, ſeu *tota ejus familia, Servi & Ancillæ, aliiq; quorum curam & rationem habet.* Nomen eſt quod & Sing. & Plur. Maſc: & Fœm. ſub eâdem formâ inſervit: vel ſing. ejus ſecundùm alios eſt خايل Cháyelon, quod & *Cuſtodem* rei alicujus

cujus denotat. Thema eſt خال Chála, Conc. waw, quod *Cuſtodire, Curam habere rei, & eam cum curâ adminiſtrare* denotat; & in 2dâ Conj. خول Cháwwala, *Tradidit*, ſeu *Poſſidendum dedit.*

Ver. 57.

ترجو *Speras.*] رجا, Fut. يرجو Inf. رجوا Raj'wan, & رجا Rajáan, & رجاوة Rajáwatan, *Sperare*; رجا Rajáon, & رجو Ráj'won, &c. *Spes.*

البقاء *Durationem, Perpetuitatem.*] à بقي Fut: يبقي Yabka, Inf. بقا Bakáan, *Remanere, Permanere.*

بدار *In domo.*] Denotat دار *Domum, Habitationem, Habitandi* vel *Manendi locum:* Fœm. eſt generis, ſed & aliquando Maſcul. Idem ſignificat & دارة Dáraton, quod in ſuperioribus occurrit. Plur. habet ادور Adworon, & ديار Diyáron, &c. à Themate دار Dára, Fut. يدور Yadúro, *Circumire*, quòd *circumſepiat*, & *contineat* in

in eâ manentes, vel potiùs ab *Hebr.* דור *Habitare.*

لَا ثَبَاتَ لَهَا *Cui nulla est stabilitas*, vel *Constantia.*] Idem quod præcedens بقا, à ثبت Thábata, Fut. يثبت Yáthboto, Inf. ثباتا Thabátan, & ثبوتا Thobutan, *Firmum*, seu *Constantem & Stabilem esse*, *Permanere.* Natsabatur atque tollitur Nunnatio ob influxum particulæ لا, juxta regulam ab *Erpenio* traditam l. 3. c. 7. p. 149.

فَهَلْ سَمِعْتَ *Et nunquid audivisti.*] سمع Fut. يسمع Yásmao, Inf. سمعا Sám'an, & سماعا Samáan, idem significat quod *Hebr.* שָׁמַע *Syr.* שְׁמַע *Audire.*

بِظِلٍّ *De umbra.*] ظِلّ *Arabibus* idem quod *Heb.* צֵל *Syr.* טְלָלָא *Umbra* sc. à צָלַל *obumbrari*; ut in lingua *Arab.* ظل Dhalla, & اظل Adhalla, *Syr.* טַלֵּל *Obumbrare.* In Plur. habet ظلال Dhelálon, & ظلول Dholúlon, & اظلال Adhlálon.

غَيْرِ مُنْتَقِلِ *Quæ non transeat?*] Particip.

8væ Con. à نقل Nákala, *Rem à loco in locum transferre*, indè & *Interpretari*, librum ſc. è *lingua in linguam transferre*: unde in 8ª. Con. انتقل Entákala, *Transferre ſe*, *Migrare*, *Tranſire*. v. p. 159.

Verſ. 58.

ويا خبيرا *Et ô perite*, ſeu *Tu qui vir es multæ ſcientiæ & prudentiæ.*] خبير Chabíron idem valet quod عالم Alemon, *Sciens*, *Scientiâ præditus*. Eſt (inquit Ebno'l Athir in libro Alneháya) الخبير inter Epitheta Deo attributa, ac valet العالم بما كان وما يكون *Qui & præterita & futura novit*, Omniſcium; à Themate خبر Chăbara, Fut. يخبر Yáchboro, *Rem penitus & prout ſe re verâ habeat, notam & perſpectam habere:* niſi erratum hîc ſit ab eo qui vocales appoſuit; nam ut vult Doctiſſ. Jauh. *Scire* eſt Chábera, Yáchbaro, at Chábara, Yáchboro, *Probare*. Hinc خبر Chobron, & Chebron, *Scientia*. الخبر Alchábaro, *Narratio ejus quod ſcitur*, *Declaratio rei quomodo ſe habeat*; اخبر Achbara, *Narrare*, *Indicare*. Conferri poteſt cum eo quod in S. Scripturâ legitur,

legitur, חֹבֵר חָבֶר *Incantans Incantatione*, *Incantationum peritus*, Deut. 8. 11. & חֹבֵר חֲבָרִים *Utens Incantationibus*, Pſal. 58. 6.

عَلِي ٱلْأَسْرَارِ مُطَّلِعًا *Qui ſecreta nôſti*, vel *perſpecta habes.*] اسرار Aſráron, Plur. à سر Sérron, quod, ut & سريرة Saríraton, *Secretum* denotat, unde etiam in Pl. سراير Sarayero; à Themate سر Sárra, quod in 2ª & 4ª Con. præcipuè, *Occultare*, *Abſcondere*, *Secretum tenere* ſignificat, & è contrà etiam *Divulgare*. سر Sárra etiam *Lætitiâ & gaudio afficere* denotat.

مطلعا Particip. 8væ Con. à طلع Tálaa, quod *Apparere* ſignificat, & conſtructum cum علي *Scire*, ut & in 8vâ Con. *Rei intimum perſpectum habere.*

أَصْمُتْ *Sile.*] à صَمَتَ Fut. يَصْمُتُ, Inf. صمتا Sámtan, & صموتا Somútan, & صماتا Samátan, *Silere:* unde & quod hîc ſubjungitur صمت Sámton, *Silentium.* MS. hîc legit إصْمِتْ per Ceſram.

منجاة

مَنْجَاةٌ *Effugium.*] à نجا Fut. يَنْجُو Inf. نجوا Naj'wan, & نجاءً Najáan, & نجاةً Najátan, & نجايةً Najáyatan, *Effugere, Evadere, Liberare,* in 4ª Conjug, انجي Anja, *Liberare, Eripere.*

مِنَ ٱلزَّلَلِ *A lapſu.*] Thema eſt زَلَّ Fut. يزل Yazallo, Inf. زلا Zállan, & زليلا Zalilan, & زللا Zálalan, &c. *Labi.* Inde nomen hoc زلل Zálalon, *Lapſus.*

Verſ. 59.

رَشَّحُوكَ *Deſtinârunt te,* vel *Educârunt, & Parârunt te.*] Hoc enim aiunt Grammatici denotare رشّح Raſhſhaha, in hâc formâ; ſc. ربي Rabba, & اهل Ahhala, *Educare,* & *Idoneum reddere:* الترشيح Attarſhiho (inquit *Ebno'l Athir*) eſt التربية والتهيئة للشي *Educatio & præparatio ad rem.*

لِأَمْرٍ *Rei,* vel *Negotio.*] Hoc enim eſt أَمْرٌ ut & *Mandatum* ſive *Imperium,* à Themate امر Amara, *Juſſit:* quo ſenſu affine eſt *Heb.* אמר

אֲמַר *Dixit.* In Plur. امور Omúron.

فَطَنْتَ *Intellexisti.*] فَطَنَ & فَطِنَ & فَطُنَ dicitur, *Intelligere, Percipere.* Construitur cum ب ut hîc, vel cum الي, vel cum ل.

فَارْبَأْ *Cave,* vel *Prospice tibi ipsi.*] Imperativ. à ربا, Raba, significante inter cætera *Custodire, Observare, & Cavere*; atque indè dicitur (inquit *Zamachsharius*) ربات بنفسي عن مثل ذلك *Cohibui me nè ita facerem.*

بِنَفْسِكَ *Animæ tuæ,* sive *tibi ipsi.*] نَفْس *Arabibus* idem quod *Hebr.* נֶפֶשׁ, *Syr.* & *Chald.* נַפְשָׁא, *Anima, Animus.* Hinc نفيس Nafison, *Præstans, Pretiosus, Eximius,* quasi ad se *animi* affectus rapiens, vel æquè ac ipsa *anima* charus & pretiosus. Communis est etiam omnibus his linguis iste vocabuli hujus usus, ut ad actiones reciprocas exprimendas, seu ad personam denotandam cum affixis adhibeatur. Sic *Heb:* נִשְׁבַּע אֲדֹנָי בְּנַפְשׁוֹ *Juravit Dominus per animam suam,* i. e. *per seipsum.* Sic *Syr.* שְׁדִי נַפְשָׁךְ לְתַחְתּ *Abjice animam tuam deorsum.* Ita hîc بنفسك idem valet

valet ac *Tibi ipſi.* v. *Erp.* l. 3. c. ult. p. 164.

أَنْ تَرْعَي *Ut*, i.e. *ne paſcaris.*] رَعَي *Arab.* idem quod רָעָה *Hebr.* & רְעָא *Syr.* *Paſcere* ſc. & *Paſci*, item *Gubernare*, *Curare & Obſervare.* Hinc in Conj. 10ª استرعي Eſtár'a, *Rogavit ut paſceret*, ſeu *paſcendum commiſit*, vel *Paſtorem conſtituit*; ut in proverbio quod Centuriâ 1. n. 48. ab *Erpenio* editum occurrit مَنِ ٱسْتَرْعَي ٱلذِّيبَ ظَلَمَ, ubi vertit Cl. Vir *Qui lupum paſcit delinquit:* lege potiùs, *Qui lupum Paſtorem conſtituit*, *iniquè agit*, ſeu *injuriam facit*; nam licèt verba non raro in decimâ Con. eandem retineant ſignificationem quam in 1ª. hîc tamen aliter ſe rem habere, indè patet quod nomen الغنم Algánama plerunque addatur, atque ita geminum acc. regat, viz. من استرعي الذيب الغنم فقد ظلم *Qui oves lupo paſcendas committit*, *injuriam facit*, ſc. *ovibus*; vel (inquit *AlDamiri* in hiſt. Animalium) يجوز ان يراد ظلم الذيب حيث كلفه ما ليس في طبعه *Senſus eſſe poteſt*, *Injuriam facit lupo, dum ei imponit illud quod ipſius naturæ non convenit*, vel *ad quod aptus natus*

tus non est: at vix puto lupum de hâc injuriâ sibi factâ conquesturum, oves merito queri possunt.


[بالهمل] همل *Camelos* denotat *sine Pastore vagari permissos, neglectui habitos, nemine curante vel dirigente:* in hoc à nomine رفش Raphshon differt, quòd illud de *Camelis* dicatur *qui noctu sine Custode dimittuntur,* hoc verò de iis *qui dimissi* ليلا ترعى ونهارا بلا راع *noctu & interdiu sine Custode pascuntur.* In Proverbio dicunt, اختلط المرعي بالهمل *Commistus est Camelus custoditus cum incustoditis:* Jauhar. & *AlDamiri* in histor. Animalium. De cujus usu ita AlMidani: يضرب للقوم وقعوا في تخليط *Usurpatur de populo qui in confusionẽ inciderunt,* seu, *cùm res confusæ fuerint.* AlDamiri versũ hunc *Tograï* laudans alluderе eum dicit ad illud quod in *Alcorano* dicitur: أيحسب الانسان أن يترك سدى *Putátne homo se liberè sine custode dimissum?* unde & illud apud *Zamachsharium* in Lexico suo, ما ترك الله عباده همل *Non reliquit*

reliquit Deus ſervos ſuos incuſtoditos. ابـل سدى Eblon Sodan autem ab eodem explicatur per مهملة Mohmalaton, *Cameli incuſtoditi*, ut pro Synonymis habeantur. Verbum اهمل Ahmala, in 4ª Con. *Negligere, Neglectui habere.* Hinc apud Grammaticos *verbum obſoletum*, vel *minus uſitatum* مهمل Mohmalon dicitur, cui oppoſitum مستعمل Moſtá'malon: ita *Jauh.* المهمل من الكلام خلاف المستعمل. Eodẽ nomine vocatur litera puncto deſtituta, quæ ejuſdem formæ eſt cum aliâ punctatâ. Ad mentem *Tograï* Anglicè diceremus, Leſt you be turned to graſing.
همل Hámalon autem plur: eſt teſte *Kam.* à ſing هامل Hámelon, quod in pl: habet etiam هوامل Hawámelo, & همولة Hamúlaton, & هاملة Hamélaton, & همل Hómalon, & همال Homálon, & همّى Homla.

FINIS.

Ne vacaret pagina, adjicere hæc visum est ex alia oratione in auditorio Arabico 10. Augusti, 1636, habita, ex quibus quanto apud illos in pretio olim fuerit Poesis ex parte liquet.

Deum quatuor *Arabibus* peculiaria fecisse jactitabant, العمايم تيجانها والحبا حيطانها والسيوف سيجانها والشعر ديوانها ut nempe quod aliis *corona et diademata*, hoc Arabibus *tiara et capitum fasciæ* essent; quod aliis *domus et muri*, hoc illis *tentoria*; quod aliis *sepes*, hoc illis *gladii*; quod aliis *libri et pandectæ*, hoc illis *poemata sua* præstarent. Commentariorum è quibus Originum distinctio, tribuum jura, bellorum et fortiter gestorum memoria, sermonis proprietas, et quicquid erat historiarum aut cognitu illis necessarium peterent, vicem supplebant illis Poemata. Hinc arti isti cujus usus apud eos perpetuus, honorem insignem fuisse testantur vel septem illa decantata Poemata معلقات dicta, ac si *Appensa* dicas, publico omnium Arabum consensu, Templo *Mecchano* (illud enim semper apud illos sacrum) ut divina quædam κειμήλια affixa, vel ut alii volunt, Regum thesauris reposita. Et idem sonat illis Poeta ac scientiâ Præditus, quasi κατ' ἐξοχὴν talis.



INDEX omnium dictionum ARABICARUM, quæ vel explicantur, vel aliàs occurrunt in præcedentibus notis: eæ autem summa cum diligentia collectæ vocalibus suis instructæ sunt, quò vera cujusque lectio tyronibus (quorum gratia hoc quicquid est laboris susceptum est) hinc peti possit, præcipuè iis quibus Lexica desunt, quorum defectui utcunque obviam ire hoc modo visum est.

INDEX.

اسام

الاضطراب

اغراض

ان

بدوا

بني

تخذل

تعن

INDEX

تنقل

 ثني

جل

خلل

ذلة

ربما

جل

بتعقل

حمل

خلل

درج

ربما

رضوانا

سفل

سهر

صاح

عجب

عز

عون

الغربة

غوي

فضول

قام

قضية

كري

كي

ليس

مثاني

مر

المسلم

المعني

من

المهزول

نايت

نساء

نقف

INDEX

واريب

وكل

الهَوْءُ

يخطل

 يسعوي

INDEX.

يطرب

ينجع

Notandum in Indice Arabico nomina afferri in casu recto, sive Rafata, quamvis in ipso libro vel Natsabata sint vel Chafdata: idem de verbis dicendum, quæ omnia hîc Rafantur, cùm in contextu nonnunquam vel Natsabentur vel Jezmentur, quæ ex Grammatica nota sunt.



INDEX *RERUM* ET *PERSONARUM.*

Cauda

Medi-

Salomon

FINIS.

Sententiæ & Proverbia.

Aurum

Sequentia hæc ſuis locis reponenda ſunt.

Pag. 143. poſt. lin. 2.

سُلَّمًا *Scalam.*]. سُلَّم *Scalam* denotat: planè *Hebraicum* eſt, סֻלָּם nempe; ita & *Chald.* סוּלְּמָא. In Plur. habet سلاليم Salalímo, & سلالم Salálemo.

Pag. 162. poſt *obtingens*, lin. 16.

Conferri poteſt hâc notione cum *Hebr.* מָנָה & *Syr.* מְנָתָא *Pars, Portio*, à מָנָה *Numeravit*, in Piel מִנָּה *Paravit, Conſtituit.*

INDEX vocum *Hebraicarum*, *Chaldaicarum*, & *Syriacarum*, quæ in hiſce notis adducuntur, & cum *Arabicis* conferuntur.

מַיִם

ܪܘܡܐ

Voces SYRIACÆ.

צ

Voces

